DE

CALLIMACHI

CYDIPPA

SCRIPSIT

CAROLVS DILTHEY

Omnia mutantur, nihil interit.

Ovidius

DE CALLIMACHI CYDIPPA

SCRIPSIT

CAROLVS DILTHEY

ACCEDVNT

ARISTAENETI EPISTVLA I 10 OVIDIANAE EPISTVLAE XX ET XXI
MAXIMI PLANVDIS GRAECA METAPHRASIS EPISTVLARVM
OVIDIANARVM XX ET XXI 1—12
NVNC PRIMVM EDITA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXIII

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEVBNERI

VIRO · CELEBERRIMO

OTTONI · IAHN

PER · QVINQVE · LVSTRA

PHILOSOPHIAE · DOCTORI · CLARISSIMO

DIEM · XVIII · MENSIS · OCTOBRIS · ANNI · CIƆIƆCCCLXI

EX · ANIMI · SENTENTIA

CONGRATVLANTVR

SEMINARI · REGII · PHILOLOGORVM · BONNENSIS

SODALES · ORDINARII

Quamquam TVAM illam, praeceptor dilectissime, bene novimus animi simplicitatem, qua honores vel dignissimos quosque liberaliter admittis potius quam arripis cupide, tamen nos hodierno die TIBI fausto, quo ante hos XXV annos sollemniter TETE addixisti eis litteris quarum nunc eximium decus es ac lumen, nostrum dissimulare et non publice testificari TVI studium nequivimus. noli enim credere, tot fortunae beneficia in nos cumulata esse aut imprudentes aut ingratos. quibus cum dimittenda esset excelsa institutio Welckeri senis venerabilis, qui litterato otio totum se nuper dedit, contigit ut TVA simul et Ritscheli viri summi

incomparabili uteremur disciplina. unde propiore iam quam antea consuetudine nos frui licuit admirabili TVA eruditione, qua nostrarum omnes fere litterarum partes complecteris, TVA excitari humana comitate, quam nos cunctos voluisti experiri, inflammari strenua TVA gravitate, qua veritatem in litteris sequeris nec umquam in vita deseris. neque enim grata pietas sola TIBI nos devincit, sed penitus nos tenuit semper interior quaedam atque libera TVI veneratio eius similis, qua optimus quisque virtutem colit. TVIS utinam ingeni et doctrinae raris dotibus, benigna illa cum forti severitate mixta comitate, insigni verae sanctaeque humani-

tatis exemplo, sicut nos quidem mirum quantum auxisti et excitasti, ita post nos vegeta corporis animique alacritate usque ad remotissimos vitae fines quam plurimos augeas excites scientiaeque quam profiteris amore incendas.

Nec vero silentio tegenda ea est memoria, qua ut omnibus hic laetus beatusque rediit dies quotquot communem patriam amore et cura pii amplectuntur, ita Tuum scimus animum non minus hodie teneri, quam domesticis Tuis rebus. quare hoc in primis nomine una Tecum tacita vota hodie nuncupemus, ut candidior semper candidiorque hic veniat dies, utque ubi alteris Tibi expletis quinque

lustris hodiernam memoriam sis renovaturus, in multis quae exoptata intra hoc annorum spatium videris vel renatam iterum et ad solidam splendidamque unitatem evectam Germaniae patriam numeraturus sis.

ALBERTVS ZIPPMANN
BERNHARDVS FOSS
GVSTAVVS MEYNCKE
HERMANNVS PERTHES
OTTO BENNDORF
CAROLVS DILTHEY
CHRISTIANVS HEIMREICH
PAVLVS BOEHME
ADOLFVS BVFF
GVSTAVVS RICHTER

Auctorem fuisse Callimachum Cyrenensem carminis alicuius elegiaci in Cydippam scripti, unus veterum disertus testis est Ovidius rem. 381 sq., ubi diversa poesis genera ita digeruntur:

at tu, quicumque es, quem nostra licentia laedit,
si sapis, ad numeros exige quidque suos.
fortia Maeonio gaudent pede bella referri.
deliciis illic quis locus esse potest?
grande sonant tragici. tragicos decet ira cothurnos.
usibus e mediis soccus habendus erit.
liber in adversos hostes stringatur iambus,
seu celer extremum seu trahat ille pedem.
blanda pharetratos elegeia cantet Amores,
et levis arbitrio ludat, amica, tuo. [1])
Callimachi numeris non est dicendus Achilles,
Cydippe non est oris, Homere, tui.

Quae his Ovidi versibus oppositio continetur inter carmen heroicum et elegiacum, quorum aptum illud sit exprimendae rerum gestarum gravitati, hoc conveniat levibus animi permotionibus tractandis omnique tenuiori argumento, ea mirifice frequentatur poetis maxime elegiacis Propertio et Ovidio. cf. Prop. ed. Haupt. I 7, 1—4 et 15 sqq., II 1, maxime 39 sqq., III 33b, 29 sqq., IV 1. 9, 35 sqq. — Ovid. amor. I 1, II 1, 11—22 et 29 sqq. fast. II 125 sq. trist. II 331 sqq. ex P. III 3, 29 sqq. et 4, 85 sqq.

Quorum versuum plurimis id agunt poetae, ut mollium elegorum laudes celebrent prae heroici carminis magna sonan-

---

[1]) Ita correxi librorum scripturam, quae sensu caret apto *et levis arbitrio ludat amica suo*, nam *ludat* ad *elegeiam* utique erat referendum.

tis ampullis. tantus in tali re consensus ex quo communi fonte fluxerit tuo iure circumspicies. nec locus datur dubitationi. nam cum agatur et de eo iudicio, quod Alexandrinos poetas elegiae cultores deceat quam quod maxime, et de eis potissimum poetis, qui aetate Alexandrinis omnino intenta studiosissimi fuerint Alexandrinae poesis, errori vix obnoxii erimus locum illum communem ad elegiacos Alexandrinos referentes. ac plurimum hac in re auctoritatem valuisse Callimachi, cuius celeberrimae sunt minutorum librorum laudes, non unam ob caussam veri videtur simillimum.

Homero opponitur Callimachus vel solus vel comite addito Phileta cum in versibus Ovidi modo appositis, tum Properti, *Vmbri Callimachi*, duobus locis. quorum alter est IV 9, 35 sqq., ubi v. 37—42 Thebais cyclica et Ilias notantur. Propertium enim præeuntibus Callino [1]) aliisque Thebaidis carmen ad Homerum rettulisse, conlegit iam Welckerus ep. cycl. I p. 202 ex Prop. I 7 init. [2]) eadem deinde Homeri Callimachique

---

[1]) cf. Paus. IX 9, 3, ubi quod legitur nomen *Καλαῖνος* Sylburgius correxit *Καλλῖνος*. Ruhnkenium Callimachi nomen restituere volentem gravibus argumentis confutat Welckerus ep. cycl. I p. 198 sqq. de alterutro peripatetico Callino cogitandum putabat Franckius Callin. p. 25. cf. Nitzsch. Sagenpoesie p. 57. Sengebusch. dissert. Hom. I p. 45. II p. 9.

[2]) Huic testimonio alterum mallem addidisset locum supra adhibitum, quam III 33 b, 37 sqq. quod si fecisset, non dubitaturum fuisse puto Nitzschium Sagenpoesie p. 355. etenim cum totum hoc carmen inde a v. 23, a quo novum mihi videtur carmen incipere, varia perturbatione maxime interpolatione misere deformatum sit, tum is potissimum locus quem Welckerus suam in rem adhibuit ita est confusus, vix ut inde consultum sit tale quid conligere, quod positum sit in prodita versuum continuitate. at eos tamen versus, quibus supra mox utor, non invenio cur temere conflatos putem. ut autem a v. 23 novum dicam carmen incipere, hoc me movet, quod et diversa prorsus hinc materies orditur et v. 23—27 egregie apti sunt carminis exordio, quo amat Propertius argumenti summam vivide comprehendere. pro *sed* ...... *fallet* autem vix dubitaverim scribendum esse *sic* ...... *fallat.* Prop. IV 15, 1: *Sic ego non ullos iam norim in amore tumultus.* cf. Tibull. I 4, 1, Hor. carm. I 3, 1. ac voculae *sic* et *sed* initio potissimum versus quotiens ob summam similitudinem in codicibus inter se confundantur, norunt periti. ceterum non nescio, quibus possem exemplis hoc etiam exordium *sed* ...... *fallet* tutari. at praestat tamen prior ratio.

oppositio me quidem iudice inclusa est Propertianis versibus III 33 b, 27 sqq.

aut quid Erechthei tibi prosunt carmina vatis?
  nil iuvat in magno vester amore senex.
tu Latiis Meropem Musis imitere Philetam [1]),
  et non inflati somnia Callimachi.

Ne disceptem nunc varias criticorum de v. 29 opiniones, quas copiose pertractatas invenies apud Vngerum anall. Philet. et Prop. p. 36 sqq., codices Neap. et Gron. praebent *Erechthei* leniter tantum obscuratum (Neap. *Erechti*, Gron. *Erethei*), quod indigere puto non emendatione sed recta interpretatione. intellego enim cum Hertzbergio de aliquo Atheniensi. is autem non est quem ille vult Aeschylus, si quidem ad hunc transitur demum v. 41 *desine et Aeschyleo* e. q. s., sed idem, cuius memoriam variis mutationibus adhibitis alii reducendam putabant, Homerus senex. hunc enim constat Athenis vindicasse non solos Athenienses, sicut est in epigrammatis de septem urbibus et in nummis quibusdam Atheniensium antiquis, sed cum Dionysio Thrace discipulo aliisque ipsum Aristarchum. cuius auctoritatem dubitari nequit quin multi veterum amplexi sint. cf. Welcker. ep. cycl. I p. 192, Sengebusch. dissert. Hom. I p. 31, II p. 4.

Denique Eunapius vitt. soph. in Diophanto p. 165 haec verba facit: *ἡ δὲ αὐτὴ δόξα τῶν ἀνθρώπων κἀκεῖνον ἀντήγειρεν, ὡσεὶ Καλλίμαχον Ὁμήρῳ τις ἀντιστήσειεν.* quo loco Antimachi nomen substituere voluit Wyttenbachius. verum recte hoc commentum improbatur Heckero comment. Callim. p. 136 et Stollio Antimach. p. 108.

Horum quos iam composui Ovidi Properti Eunapi locorum [2]) nullus quidem ita est comparatus, ut vituperandus sit, qui illos ad Homeri in epico, Callimachi in elegiaco genere principatum revocet. Cyrenensis enim poeta, ex quo incla-

---

[1]) Libri meliores *tu satius memorem.* coniecturas recepi Bergki Hermesian. el. p. 38 *Meropem* et Schneidewini philol. I p. 170 *Latiis.* Vngerus anall. Philet. et Prop. p. 39 coni. *tu satius memorem lusus.*

[2]) Singulari consilio Homero opponuntur Parthenius Euphorio Callimachus a Luciano de scrib. hist. 57.

ruerat, plurimorum aestimatione [1]) primo inter elegiacos Graecos loco honorabatur, teste Quintiliano X 1, 58. nec Procli testimonium [2]) in Phot. bibl. p. 319 b Bkk. ita accipiendum, quasi infimum locum inter elegiacos principes Callimacho tribuerit. etenim cum verba haec sint *λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ Καλλῖνόν τε τὸν Ἐφέσιον καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ Φιλητᾶν Κῷον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου. Κυρηναῖος δ' οὗτος ἦν*, facile nobis persuadet Franckius Callin. p. 27, Proclum nomina Philetae aetate superioris et Callimachi inferioris supplementi instar eis subiunxisse, quae apud auctorem suum seposita invenerit. modo ne is infelicem illum Ruhnkeni canonem Alexandrinum immiscuisset. [3]) Philetam autem et Callimachum ut antiquioribus Proclus adiceret Franckius factum vult Longini *φιλολόγων* auctoritate. ad Didymi *περὶ ποιητῶν*

---

[1]) Postponitur sane Mimnermo ab Horatio ep. II 2, 100, quem locum male interpretatus est Grotefendus philol. I p. 509. cf. Prop. I 9, 11. at primus rursus Callimachus Ovid. am I 15, 13. II 4, 19. cf. a. am. I 329, rem. 759, trist. II 367, Stat. silv. I 2, 253.

[2]) Ab hoc pendere videtur grammaticus bibl. Coislin. p. 597. cf. schol. Tzetzae in Lyc. I p. 257 ed. Müller.

[3]) Quidni Proclus Callinum et Mimnermum distinguens Aristotelem sequi potuit? cf. Did. Volkmannum de Suidae biogr. p. 18. omnino nubem pro Iunone amplexi sunt, in his nuperrime idem Volkmannus amicus l. c. p. 24 sq., quicumque apud Quintilianum vel umbram canonis cuiusdam Alexandrini captasse sibi visi sunt. quos enim ille notat electorum poetarum ordines, ei diversi a diversis grammaticis et ludimagistris, quin ab uno diversi excogitabantur. ita Quintil. X 1, 53 et 59 Aristophanis et Aristarchi memorantur ordines, quibus illi, in peculiari puto uterque de poetis libro, praestantissimis quibusque poetis per sua genera distributis, quid de unoquoque iudicarent, aperuerint. contra in epigrammate incerti auctoris anth. P. append. 286 idem Aristophanes *σοφὸς κρίνειν* Homero primum, Menandro secundum locum tribuisse perhibetur. excellentes variis item in generibus percenset Tzetzes de Lycophr. I p. 263 Müll. Ovidius am. I 15, 9 sqq. nomina componit ex Graecis Homeri Hesiodi Callimachi Sophoclis Arati Menandri. nec minus Romani grammatici diversos diversi excogitabant nobiliorum ex suis poetarum ordines, quod constat versibus e Volcati Sedigiti de poetis libro desumptis, quos servavit Gellius XV 23. discrepat Afranius apud Sueton. de viris ill. p. 33 sq. Reiffersch. cf. ibid. p. 29.

librum ducit Maurici Schmidti haud paullo probabilior disputatio Didym. p. 390 sq.

Verum enim vero rem aliquanto reconditiorem mihi assecutus esse videor, quam dum modo persuadere contingat non negabis pertinere ad Homeri et Callimachi nomina totiens per oppositionem iuncta. etenim, ni egregie fallor, ipse Alexandrinae elegiae antistes, qui suam sibi semitam elegit persequendam, tantum afuit ut particeps esset communis Homeri admirationis, ut in contrariam potius partem aliquod exemplum effingere vellet tamquam noviciae scholae auctor, a fastidiosa superbia haud sane is ita alienus. quod nunc comprobaturus, unde quaerendi occasio mihi nata est, inde commentandi ducam exordium.

Quod enim attinet ad Callimachi de Homerica poesi parum honorificum iudicium, summo brachio hanc caussam attigit Welckerus, sed ita ut contrarium studeret evincere. cui ansam praebuit celeberrimum Callimachi epigramma XXVIII ed. Meinek.

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικόν, οὐδὲ κελεύθῳ
χαίρω τὶς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει.
μισῶ καὶ περίφοιτον ἐρώμενον, οὐδ᾽ ἀπὸ κρήνης
πίνω. σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια. [1])

---

[1]) V. 2 coni. Blomfieldius *χαίρω τῇ.* at *novas vel articuli vel pronominis formas confingere nemini licet, ne episcopo quidem Londinensi,* ut ait Goettlingius de duob. Callim. epigr. (ind. lectt. Jen. aest. 1857) p. 6. Meinekius optionem dat inter *χαίρω ὅτις λαούς* et *χαίρω ἢ τοὺς πολλούς*, quorum prius magis commendat. omisi autem qui adiunguntur in codice Palatino versus:

Λυσανίη, σὺ δὲ ναίχι καλὸς καλός. ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
τοῦτο σαφῶς, ἠχώ φησί τις 'ἄλλος ἔχει'.

totum enim hoc distichon hinc alienum. cuius iudici socium me Hauptium habere ex Meineki editione disco, quamquam nec eo quem ille indicat philologi loco Hauptius hos tractavit versus, nec omnino videtur tractasse. efficiunt autem illi integrum epigramma licet valde turbatum, quod quo modo nobis videatur restituendum, alio loco declarabimus. ceterum etiam Naekius Hec. p. 13 quattuor tantum versus apponit ultimo disticho tacite omisso.

Cui poematio ob prorsus consimilem sententiae rationem illum subiungere placet locum ex tertio caussarum libro ut videtur desumptum (cf. Heckerum comment. de anthol. Gr. 1843 p. 263 sq.), quo declarabat Callimachus, se cum alia quaedam Pythagorae approbare praecepta, tum vero illud *μὴ στείχειν τὴν λεωφόρον*:

τὰ μὴ πατέουσιν ἅμαξαι
τὰ στείβειν, ἑτέρων δ' ἴχνια μὴ κάθομα.[1])

cf. Callim. frg. 293 ex Olympiodoro ad Plat. Phaed. p. 25 augendum. hinc Propertius IV 1, 14:

non datur ad Musas currere lata via.

Difficillimum locum ad partes vocans non id nunc ago, ut retractem totam de cyclo Homerico vel epico latissimam quaestionem, ut quae ab accurato et subtili *poematis cyclici* examine aegre disiungi queat. at tamen quid utilitatis tali seposito examine ex illis versiculis nostram in rem redundare, quae invicem lux hac pernota *poemati cyclico* videatur afferri posse, paucis indicabo. quamquam si ea poematis cyclici interpretatio nobis probaretur, quam nuperrime protulit Meinekius, epigramma illud ad praesentem quaestionem aliquanto minus conduceret. is enim adnotat, se cyclicum poema intellegere de *cantilenis in publicis hominum coetibus cani solitis*. speciosa profecto opinatio, cui equidem haud obloquerer, si vel e longinquo videre liceret, quo fretus usu dicendi vir egregius poemati cyclico notionem cantilenae convivalis similemve attribuat. quod quidem eo magis desiderabis, quo

---

[1]) Valckenarius Callim. eleg. frgg. p. 298 corrigit *τᾷ μὴ . . . τᾷ στείβειν*, absque omni probabilitate. nam et Dorismus in his ferri nequit et ad hunc locum refero Hesych. *πατέουσι· καταπατοῦσι*, quae quorsum spectarent nondum erat inventum. eodemque pertinere Hesychi glossam *κάθομα· κατὰ τὸ αὐτό* observavit iam Bentleius. confertur cum hoc frg. a Bentleio Verg. georg. III 291 sqq., a Valckenario Lucr. IV 1 sqq. et Manil. II 49 sqq., ubi simul respicitur Callimachi epigr. XXVIII. cf. Hor. carm. I 1, 29 sqq. addo praeter Properti versum supra appositum Prop. IV 1, 17 sq. et 3, 26, Lucil. Aetn. 7 sq. et Nemes. cyneg. 8 sqq. quorum vix ullus est, quin Callimachi illum locum exprimat. cf. et Verg. catal. XI 64.

plura scriptorum loca commonstrant, vocem *κυκλικός*, ubi tali nexu usurparetur, plerumque certe alium habuisse intellectum.[1])

Welckerus igitur in eo libro, quo totam quaestionem quae est de cyclo epico in statum penitus novum provexit, I p. 110 sqq., id potissimum agit, ut ne in epicum cyclum nobilissimum e sua coniectura vix dum tunc a Zenodoto concinnatum, qui ipsa quoque Homerica carmina comprehenderit, invehi videatur Callimachus, acerrimus ille fabularum amator, eruditissimus idem poetarum aestimator, denique epigrammatis in Oechaliae expugnationem scripti auctor. revocat exinde poema cyclicum ad epos quoddam cyclographum, cui assignat Antimachum[2]) Pisandrum Musaeum Ephesium denique Apollonium Rhodium, qui omnes varias historias in unam seriem redigentes quasi quosdam thesauros composuerint fabularis historiae, simillimi hac in re Dionysio cyclographo. cf. I p. 75 sqq. cui Welckeri opinioni haud infirmum argumentum Merkelus opposuit prolegg. in Apoll. Rhod. p. XXIII sqq. is autem ipse post non nullos argumentandi argutandi ambages locos componit ex scholiis Homericis septem, unum etymologici magni, qui Alexandrinam vocis *κυκλικός* notionem sibi referre videantur. quae exempla quoniam significare certum dicendi genus videt, quod in iteratis eisdem epithetis locutionibus hemistichiis versibus maxime Homericis cernatur, quoniam eodem fere tendit Polliani epigramma anth. P. XI 130, universam cyclici poematis notionem ad constantem illum sermonis cultum rettulit. quam rationem pluribus

---

[1]) Et proxime accedunt ad Callimachi verba haec Philoponi ad Aristot. analyt. post. I 12 schol. Aristot. p. 217: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον, ὃ ποίημα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους* (h. e ad diversos), *τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσιν.* quae ex commentariis Alexandri Aphrodisiensis hausta esse probabilis opinio est Welckeri ep. cycl. I p. 10.

[2]) Vtitur autem hac in re maxime scholiographis Horatianis ad a. poet. v. 136—146. at in scholio Acronis scribe: *aut nomen proprium Cyclicus aut* (pro *et*) *significat Antimachum.* memorabilia sunt Cruquiani commentatoris verba: *hunc autem (cyclicum poetam) alii Antimachum, alii Callimachum dicunt.* quae nata videntur vel e fluctuante scriptura vel ex uberiore scholio inscite contracto.

caussis reiectaneam hoc uno nomine nunc redarguo, quod Horatius a. poet. 131, ubi Callimachi versuum memorem loqui illum ipse fatetur Merkelus, *publicam materiem* dicit. unde cavendum apparet, ne *δημόσιον* illud, quo cyclicum poema Callimacho invisum redditur, alio referamus quam ad materiem.

Poema igitur cyclicum illud, quodcumque genus carmina comprehendebat, id habebat propri, quod popularia argumenta celebrabat non minus usu trita omnibusque patentia, quam via puteusque publicus vel puer vulgivagus. [1]) ea vero reprehensio si re vera inest, ut videtur inesse, qui fieri poterit, ut ab Homericis carminibus probabiliter defendatur? neve cum Welckero provoces ut Callimachi patronus iusto studiosior ad horum carminum quam nosmet admiramur perfectionem. nam hoc in genere paradoxa acciderunt hercle multa. Plato Antimachum in deliciis habuit, Iulius Caesar Scaliger Aeneadem Iliadi anteposuit, Ricardus Bentleius cum Ovidio Manilium summum Romanorum poetam iudicavit, Fridericus magnus Nibelungicum carmen respuit. nec amplius admirabile tale quid arbitrandum, ubi quod apto declaratur testimonio idem interna quadam fide non caret. quorum neutrum nostrae caussae deesse credo. hoc igitur dum comprobandum suscipimus, ab eo ipso ordimur loco, quo Welckerus dixit cognosci, Callimachum cyclica carmina magni fecisse. dico epigramma eius VI: [2])

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδὸν
δεξαμένου. κλείω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν
καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα. Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Welckerus l. c. p. 111 . . . *eine Einnahme von Oechalia, die er (Callimachus) in einem anderen Epigramme bewundert.* at

---

[1]) Hanc interpretationem Naekius quodam modo praeivit Hec. p. 13.

[2]) Strabo XIV p. 638: *Σάμιος δ' ἦν καὶ Κρεώφυλος, ὃν φασι δεξάμενον ξενίᾳ ποτὲ Ὅμηρον λαβεῖν δῶρον τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ποιήματος, ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας ἅλωσιν. Καλλίμαχος δὲ τοὐναντίον ἐμφαίνει δι' ἐπιγράμματός τινος, ὡς ἐκείνου μὲν ποιήσαντος λεγομένου δ' Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν, τοῦ Σαμίου πόνος* e. q. s.

paullum aliter idem p. 224 de eodem epigrammate: *war seine Meinung treuherzig, so giebt eben dieser Ausruf* (Ζεῦ φίλε) *der Bewunderung des Gedichts viel Nachdruck.* hinc conligas, aliquantisper virum summum dubitasse, num Callimachi verba serio dicta esse viderentur. et profecto ea est epigrammatis species, ut iustissimus sit dubitationi locus. sed age argumentis utamur. Ζεῦ φίλε, ut idem genus prae ceteris respiciamus, anthologiae binis locis invenio in ioculari utrimque sensu, V 109 et 167. praeterea in Eupolidis est fragmento II 541 Mein. ἀλλ' ὦ φίλε Ζεῦ, κατάχυτλον. τὴν ξίν' ἔχεις. cui congruit, quod in antiqua aliqua scutella Herculi qui in Olympum inducitur adscripta verba sunt Ζεῦ φίλε. [1]) quode egregie Welckerus alte Denkm. III p. 419: *Dass sie* (*Athene*) *dem Herakles nicht voranschreitet, wie gewöhnlich und in den andern Fällen mit gutem Grund, ist hier sehr passend: sie drängt mit der Rechten ihren Auserwählten den Olympiern zu, als ob er zu solcher Erhebung in seiner Brust nicht Muth genug fände; eine Andeutung die in Verbindung mit seinem Ausruf* Ζεῦ φίλε *das demüthige Gefühl bei dem Uebergang aus der Sterblichkeit unter die Götter naiv ausdrückt.* quare iure poteris dicere, isto Ζεῦ φίλε adscripto Herculem leviter comicam denotari personam, qualis saepe ille pingitur. [2]) perinsignis deinde ac singularis, si quis Callimachi usum dicendi pernovit, constantium epitheton usus, θεῖον ἀοιδόν et ξανθὴ Ἰόλεια, quorum posterius in ipso Creophyli carmine valde frequentatum fuisse probabile est. porro in notando libro quaesita quaedam cernitur ieiunitas et exilitas: κλείω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. nonne haec eius est ratio, qui suscepto alicuius rei minus gratae praeconio ita defungitur, ut ipsa vulgaria tritaque festinantius decantans taedium suum quasi vultu prae se ferat? deinde μέγα vocem, si quidem re vera praedicare poeta volebat honorem

---

[1]) V. Gerhard. Trinkschalen tab. 6. 7. cf. Iahn. archaeol. Aufss. p. 115 sq., Vasenkatalog p. CXIV.

[2]) Huc pertinet etiam tota narratio Callimachi de Herculis in Olympo victu, in Dian. 142—162. quod Cobetus sane parum perspexisse videtur, qui Callimacho male admodum rem cessisse putat, quoniam *talia in serio carmine finxerit,* quae ipsi *ridicula* viderentur. cf. mnemos. X p. 393 sq.

Creophylo eo habitum, quod ipsius carmini nomen Homeri praescriptum legeretur, nonne concedes miris modis languere et frigere? nonne anticipato insuper Creophyli nomine efficitur, ut haec fere sententia perluceat: 'poetae tam mediocri, qualis est Creophylus, vel hoc aliquid honoris habet'?

At enim concedamus, haec ita esse comparata, ut aliquam habeant probabilitatis speciem, non persuadeant penitus. alia sunt in promptu.

Fortasse Callimachus, quem Oechaliae expugnationem Creophylo assignasse vidimus, Aristotelem ut alias [1]) secutus (cf. Sengebusch. dissert. Hom. I p. 70) Iliadem Odysseam Margitamque tribuit Homero neque quicquam ultra. ac de Margita egit in aliquo epigrammate deperdito, quod testimonio constat adhuc neglecto Eustrati ad Aristot. eth. Nicom. VI 7: *παράγει δ' εἰς μαρτυρίαν . . . . . ποίησιν Μαργίτην ὀνομαζομένην Ὁμήρου· μνημονεύει δ' αὐτῆς οὐ μόνον αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ποιημάτων, ἀλλὰ καὶ Ἀρχίλοχος καὶ Κρατῖνος καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν 'μαρτυροῦσιν Ὁμήρου εἶναι τὸ ποίημα.* ad hoc igitur epigramma revocandum erit Callimachi frg. 389 [2]) tabulis litterariis praepostere vindicatum [3]), quod est apud Harpocrationem s. v. *Μαργίτης. . . . . ἐκάλουν δὲ τοὺς ἀνοήτους οὕτω διὰ τὸν εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην, ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος θαυμάζειν ἔοικεν.* quid igitur hoc esse dices, quod non minus ancipitem tenuerunt Harpocrationem Margitae, quam Welckerum Oechaliae expugnationis laudes? etenim ne Harpocratio quidem, auctor gravis, sine cautionis ac diffidentiae nota refert de Callimachi admiratione Margitae. id si ad ipsam laudis ambiguitatem redit, quod quam maxime videtur probabile, hoc quidem concedendum erit, pereleganter atque erudite egisse Cyrenensem, quod in his titulis, quibus librorum argumenta et genera quam fieri poterat brevissime erant describenda, spreverit pinguibus vituperiis in poetam invehi 'omnium veneratione sancitum, dele-

---

[1]) cf. Schneidewinum, Heraclid. polit. p. 67, O. Schneiderum prolegg. in Callim. aet. p. 9.

[2]) Cf. Welckerum kl. Schr. IV p. 7 n.

[3]) V. Ruhnkenium ad Callim. p. 440 Ern. et ad frg. 389, C. Wachsmuthium philol. XVI. p. 660.

ctatus potius sit urbana quadam amphibolia servanda.[1]) quamquam potest etiam Ptolemaeorum *φιλομήρων* respectu ita egisse. at de isto sit sane ut lubet. hoc unum noli obtinere, me Callimachi epigrammate Harpocrationisque loco composito nil parumve effecisse. sed ad alia progredior.

Non recte adhuc intellectum est, si me audis, Callimachi epigramma XXVII:

Ἡσιόδου τό τ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος. οὐ τὸν ἀοιδὸν
ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνέω, μὴ τὸ μελιχρότατον
τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
ῥήσιες, Ἀρήτου[2]) *σύμβολον ἀγρυπνίης.*

Bentleius quem omnes secuntur ita interpretatur: *Hesiodum, non postremum quidem, sed suavissimum poetarum, imitatus est Aratus Solensis.* quid vero? nonne fatebere, oppositione

---

[1]) Similia certe istos grammaticos lusisse exemplo constat Cratetei epigrammatis anth. P. XI 218, quode v. B. Thierschium Zeitalter und Vaterl. des Homer p. 62 sqq.

[2]) Meinekium miror, qui ipsum poetae nomen expulit in tali titulo maxime necessarium, cui substituit *ἀκρήτου* plaudente Cobeto mnemos. X. p. 389. quod vero vir doctissimus nullum affirmat exemplum productae primae nominis *Ἄρητος* apud eos inveniri, qui communi dialecto scripserint, id uno dicit versiculo praetermisso, qui sinceritatem proditae scripturae firmiter comprobat. Leonidas enim anth. P. IX 25:

Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος, ὃς ποτε λεπτῇ
φροντίδι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο.

ubi et *λεπτὴ φροντίς* Callimachi arguit imitationem. adhibuit autem hanc mensuram Homero opinor auctore, sicut et Hipponax chol. frg. 50 et 52 Meinek. ac dubito etiam vehementer, num recte fecerit Koechlyus, quod Nonn. Dion. XXVI 250 et 265 scripsit *Ἄρρητος*, cum utroque loco *Ἄρητος* habeant libri, nisi quod v. 265 Monacensis cum duabus antiquis editionibus *Ἄρρητος* praebet. nam proclivi errore librarii saepe corroborant consonas, quae excipiunt vocales insolite productas. veluti, ut alia omittam, Callim. in Del. 205 vulgo scribunt *ἄρρητον*, Parisino habente *ἄκρητον*. sed propius ad veritatem accedere puto Veneti lectionem *ἄρητον*, quod mutato tantum accentu scribas

ἣ δ' ἀρητὸν ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς.

i. e. *haec autem optatum finem habuit errandi.* impense enim amat Callimachus adverbia ista ratione formata.

ista prorsus ineptum acumen effici, cum praesertim Hesiodum poetarum iudicare infimum vix cuiquam in mentem umquam venerit? porro si *τὸν ἀοιδὸν ἔσχατον* et *τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπέων* de eodem carmine dictum est, cur prius illud repetitione variatur tam moleste tamque dure? at vero sine dubio non Hesiodo opponitur Hesiodus, sed Homero. horum enim utrum aemulatus sit Aratus antiquo tempore saepe ac multum certatum esse, conligimus e diversis diversorum grammaticorum hac de re iudiciis, quae in vitis Arati insunt. cf. Sengebusch. diss. Hom. I p. 63 sq. hanc interpretationem cum certam arbitrer, eo adducor ut *ἔσχατον* corruptum putem. nec habeo in praesenti quod magis placeat quam *θέσφατον*. ita procedit aptissima sententia: 'Hesiodi en et materies [1]) et color. vereor ne Aratus non illum divinitus immissum vatem, sed Hesiodi potius dulcissimum epos imitatus sit'. ita acuminis omnia plena et epigramma vere Callimacheum. Homero *ἀοιδῷ* opponuntur Hesiodea opera et dies ut *ἔπη*, illi epitheton petitum ex tralaticia fama, huic e propria sua virtute poetica. quae denique extremo epigrammate in Arateo carmine nominatim praedicantur, tenue tersumque genus atque elaborata ars [2]), ea facile perspicis Callimachum Homero abrogatum

---

[1]) Ita *ἄεισμα* interpretor. respicere autem Callimachus potest et *ἀστρονομίαν* Hesiodo adscriptam et *ἔργα*. quorum haec sola notari statuit Marckscheffelus Hes. frgg. p. 195.

[2]) Hoc enim consilio Arateus liber dicitur *σύμβολον ἀγρυπνίης*. quod non assecutus scriptor vitae quae tertia est Aratearum apud Westermannum dicit p. 59: *ἤδη καὶ ὁ Καλλίμαχος συνεγγίζων αὐτῷ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἀράτου σύγγονος ἀγρυπνίης τὴν τῶν φαινομένων θεωρίαν διὰ τὴν παρατήρησίν φησιν* (*φησιν* e coniectura recte addit Westermannus). melius Callimachum intellexit Cinna apud Isidorum VI 12:

Haec tibi Arateis multum vigilata lucernis
carmina, quis ignes e. q. s.

ubi v. 1 fortasse scribendum erit *evigilata*, cum libri habeant *invigilata*. nam Stat. silv. IV 6, 25 et Verg. Cir. 46 (cf. Weichertum poett. lat. p. 195) ubi est *multum vigilata* nil probant, quoniam et omnino variantur talia imitando et posteriores poetae diligentius cavent ab elisionibus. Ov. trist. I 1, 108: *quos studium cunctos evigilavit idem.* ceterum Hedylus quoque anth. P. append. 33, 2 *λεπτός* et *μελιχρός* adiectiva de poesi iuncta adhibuit.

ire. ac vel maxime huc facit, quod λεπτή dicitur Arati poesis, unde cognomen illi haesisse videtur [1]). cf. anth. P. IX 25. append. 70 admonet autem haec ipsa laus Callimachi vituperationis frg. 241: *Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν*, vel Properti versuum V 1, 61 sqq.:

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona.
mi folia ex hedera porrige, Bacche, tua,
ut nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi.

Obiter rationem habeamus epigrammatis Antiphanei anth. P. XI 322:

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα Μούσης
ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται,
τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες,
πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες,
ποιητῶν λῶβαι, παισὶν κόρος ἀρχομένοισιν,
ἔρροιτ' εὐφώνων λαθροδάκναι κόριες.

Qui igitur grammatici Callimachi sunt canes, eidem maioris argumenti ambitusque carmina detrectant, Erinnae contra versibus, quos perpaucos fuisse constat, gloriantur. alia enim versuum 3 et 4 sententia esse non potest. atque convenit hoc egregie in Callimachi iudicium et rationem. iam cum anonymus quidam [2]) hoc modo Erinnam comparet cum Homero anth. P. IX 190

οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ,
τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς,

---

[1]) Nisi forte ad ipsum Aratum aliquo modo illud redit. cf. Meineki vindicias Strab. p. 181 sq., quam disputationem supple ex Athen. XIV 619 e.

[2]) Benndorfius meus de anth. Gr. epigrammatis quae ad artes spectant p. 7 n. 1 epigramma istud putat *grammatici cuiusdam fuisse antiqui, fortasse ipsius Callimachi.* at longo post se intervallo illud poemation relinquunt Callimachei librorum tituli, qui praenitent densa et acuta brevitate ac fortasse omnes quattuor versuum orbem non excesserunt. nec vero cum eodem affirmaverim, illo Suidam usum esse. nam pendent tum anonymus tum Suidas ab Alexandrinorum crisi. ceterum Antiphaneum epigramma quo pacto intellegi queat, nisi Benndorfi amplectare de aetate Erinnae sententiam, haud quaquam dispicio.

dicere non improbabiliter possit, qui verba velit premere, se intra manus habere talem Callimachi *πρόκυνα* vel horum certe assensorem, Erinnae quidem immodicum laudatorem, sed *τῶν μεγάλων κηλῖδα*, quando quidem Erinnae trecentos versus tanti ille valere iudicet, quanti totum Homerum.

Denique hoc mihi considera Antipatri Thessalonicensis poemation anth. P. XI 20, quod perapposite eis subiungetur epigrammatis, quae modo enarravimus:

Φεύγεθ' ὅσοι λόκκας ἢ λοφνίδας ἢ καμασῆνας
ᾄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων,
οἵ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες
κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ.
σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας.

Quoniam Callimacheos ab anonymo supra vidimus *σῆτας ἀκανθοβάτας* vocari, eo statim inclinat animus, ut ab hoc *ποιητῶν ἀκανθολόγων φύλῳ* tectam Callimachi notam non abesse credamus. videndum igitur, nonne relicua in eundem quadrent. *λόκκη* vox non invenitur adhibita, praeterquam quod apud Hesychium recte correxerunt *λόκκη* (cod. *λόκμη*) *χλαμύς, ἐφαπτίς.* quibuscum cf. Arcadium p. 122 Schm. *λοφνίδας*, grammaticos ut mittam a Schmidtio ad Hesych. *λοφνίς* allatos, memorant cum Lycophro 48, tum p o e t a i n c e r t u s etym. m. p. 570, 8: *λοφνίς*,

τεὰς ἀνὰ λοφνίδας ἴσχων

τὰς λαμπάδας. κυρίως δὲ λοφνίδες λέγονται αἱ μονόξυλοι λαμπάδες καὶ δαλῷ παραπλήσιοι δᾷδες e. q. s. quod facile Callimachi est fragmentum, cuius constat certe longe plurima esse e vacuis istis frustulis. *καμασῆνας* pisces identidem generatim dixerat Empedocles, cf. Athen. VIII p. 334 b et Plut. quaestt. symp. V 10, 4 extr. sed hunc ab Antipatro respici parum est probabile, imo Alexandrinum aliquem poetam vocabulum obsoletum ab illo excipientem. ac fortassis operae pretium erit indicasse, quod Callimachus unam praebet ex oxytonis itidem formatis atque *η* servantibus, quae numero sunt perpaucae, *ἐσσήν, ἐσσῆνος.* cf. in Iov. 66 et frg. Callim. apud Herodian. dict. sol. 17, 5, ubi in exemplis coniuncta leguntur *ἐσσήν* et

καμασήν, sicut et Arcadius quem dicunt p. 7. Schm. composuit *ἰσσήν καμασήν*. sed levia ista nec mentione digna haberem, ni accederent certiora. cum enim laevigatae ac delicatae orationis artifices e sacro fonte exiguam aquam bibisse dicuntur, unus omnium maxime ridetur Callimachus.

Testatur enim incertus poeta anth. P. VII 42, Callimachum in aetion prooemio se fecisse per somnum e Libya, h. e. e Cyrena patria [1]) in Heliconem sublatum et a Musis de heroum divorumque rebus edoctum. [2]) unde somnia dicuntur Callimachi aetia a Propertio III 33 b, 32. [3]) quod artificium postmodo cum alii videntur poetae pro exordio adhibuisse, tum maxime Ennius [4]) in annalibus (cf. Vahleni quaestt. Enn. p.

---

[1]) Sed nullo pacto hinc consectarium est, ut O. Schneiderus vult prolegg. in aet. p. 1, conscriptà vel, ut Merkelus prolegg. Apollon. p. XXI, incohata aetia esse Cyrenis, h. e. ab adulescente Callimacho, nam potuit profecto praeterito cuilibet tempori illud assignare somnium. atque omnino inserere tantum patriam voluit gloriae suae. comparaveris quod Statius dicit silv. I 2, 253: *Vmbroque Propertius antro.* nec vero dubitaverim, quin Callimachus certum aliquem satisque celebrem Cyrenae sacrum locum indicaverit.

[2]) Alexandrini enim poetae cum non amplius contenti essent invocatione Musarum, quibus inspirarentur, argumenta sua ad quasdam theophanias referre impense amabant. quo e genere Eratosthenis Mercurius erat et Alexandri Aetoli Apollo. et crebra talia apud Ovidium. cf. amor. III 1, rem. 555 sqq., 705 sqq., fast. I 93 sqq., 657 sqq., III 167 sqq., IV 193 sqq., VI 9 sqq. ex P. III 3, IV 4. eodem pertinet Philetae de Amore narratio quae est apud Longum past. II 4—7. cf. anth. Plan. 210. — ceterum cave accipias omnia quae profert de aetion prooemio disputans Heckerus comment. de anth. 1843 p. 179 sqq.

[3]) Vt *somnia Callimachi* expediat mirifica molitur Fr. Iakobus in libello scholastico de Propertio scripto Lueb. 1847 p. 25 sq. *Ich finde nemlich in dem memor Philetas, dem wachen, munteren, praktischen einen Gegensatz zu somniis Callimachi im Pentameter, der ganz wie vom Dichter selbst absichtlich gemacht aussieht.*

[4]) Habes igitur Alexandrinum, quem quaerebat Lehrsius popul. Aufss. p. 108 n. *Wenn schon Ennius seinen Traum auf den Parnass verlegte, was doch mehr für als gegen sich zu haben scheint, so möchte man um so mehr wissen, ob er in einer griechischen Stelle, etwa schon eines Alexandriners, hinreichenden Vorgang fand.* at Parnasso Helico haud dubie erat substituendus. Lucret. I 117 sqq. *Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno | detulit ex Helicone perenni fronde coronam.* idemque demonstrat Prop. IV 3, 6.

XX 59) et Propertius IV 3, praeterque hos ex parte auctor cynegeticon qui Oppianus dicitur I 16 sqq. sexcentiens autem Romani poetae suo passim gloriantur cum Musis commercio haustaque sibi sacra Apollinis aqua, quode bene disputat Lehrsius popul. Aufss. p. 107 sq. nam cogitabantur hi vel dum in nemora et lucos recederent Musis oberrasse Heliconis Parnassique antra habitantibus[1]) vel per somnum eodem esse animo abducti atque entheam aquam bibisse ab illis ibi ministratam. itaque cum Callimachus quoque sacram sibi aquam a Calliopa in Helicone datam procul dubio finxerit, veri admodum quam simile est, ad hunc potissimum verba spectare *οἵ . . . κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ*. cui sententiae et *λιτόν* egregie favet. nam *paullulum aquae* carminum notat parvitatem solita translatione. *ὑδροπόταις* per ludibrium hinc dictis opponuntur Archilochus virilisque Homerus, ut quibus vinum libaturus sit poeta, quod ad natalia utriusque poetae eodem die a Graecis celebrata probabiliter rettulere. iam mihi quis casu fieri dicat, quod contemptim eundem Archilochum ut vinolentum increpat Callimachus frg. 223:

τοῦ μεθυπλῆγος
φροίμιον Ἀρχιλόχου. [2])

nam quod legebatur *Ἀντιλόχου* dudum correxit Meinekius delect. p. 121 postque hunc Heckerus comment. Callim. p. 146. haec enim nomina crebro confunduntur. cf. Bergk. poett. lyr. p. 575 sq., qui addere poterat, quod in etym. Gud. 180, 8 pro *Ἀντίλοχον* scribendum est *Ἀρχίλοχον*. ex Archilocheis autem

---

[1]) Veluti v. c. Vergil. bucol. VI 64 sqq. de Gallo. ac simile quid iam incertus lyricus narraverat, cuius frg. est in etym. m. 513, 18: *Κιδαλίης κρηνίδος ἐπλανήθην*.

[2]) Bentleius optionem dedit vel ita fragmentum concipiendi vel pentametrum plenum efficiendi vocula *τε* post *τοῦ* inserenda. quorum posterius placuit Valckenario Callim. eleg. frgg. p. 296, Naekio Hec. p. 140 et Meinekio delect. p. 121, cll. Callim. p. 272 n., prius mihi probatur. nam hac ratione cum nulla opus sit mutatione, tum correptam habes *υ* in *μεθυπλῆγος* ea ipsa versus sede, qua Callimachus et alias corripit vocalem brevem, quae in eodem vocabulo praegrediatur mutam cum liquida. cf. in Cerer. 36 (*ὀπλίσσας*), ep. XVI 3 (*ἀποβρίζει*). qua de re parum accurata est Naeki l. c. disputatio.

fragmentis huc faciunt 79, 5, 150 Bgk. atque eundem Callimachum ita audi *ἐν τῷ γραφείῳ*[1]) de Archilocho loquentem:

εἵλκυσε δὲ δριμύν τε χόλον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον
σφηκός, ἀπ' ἀμφοτέρων δ' ἰὸν ἔχει στομάτων.

quem titulum una cum *fragmento aliquot versuum* ab inedito quodam grammatico (cod. Paris. 1773) servatum esse primus indicavit Duebnerus in Hesiodo Didotiano append. p. 44. integrum locum ab illo acceptum publicavit Bergkius commentat. crit. spec. Marb. 1844 p. 16: *καὶ γὰρ Καλλίμαχος περὶ Ἀρχελάου λέγων ἐν τῷ γραφίῳ φησίν. Εἵλκυσε δριμύν τε χόλον κυνός, ὅς ἐπ' ἀμφοτέρων ἰὸν ἐκχεῖ στομάτων, ὀξύντερον κέντρου σφηκός.* eadem deinde emendatiora edidit in anecdoto Ambrosiano H. Keilius anall. gramm. Hal. 1848 p. 6: *μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ ποιητὴς Καλλίμαχος· καὶ γὰρ περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου λέγων ἐν τῷ γραφείῳ φησὶν οὕτως· Εἵλκυσέ τε δριμύν τε λόχον κυνὸς* e. q. s. ut supra. unde distichon illud constituendum monuit Schneidewinus philol. III p. 536, idemque nunc leniter depravatum sed a Gaisfordio male instauratum invenitur in scholiis Saybant. ad Hephaest. ed. II Gaisf. p. 169.

Eundem vero Antipatrum Thessalonicensem in simili caussa Callimacho tecte adversari video anth. P. VII 409:

---

[1]) Duebnerus *γραφεῖον* cum Antimachi *δελτοῖς* comparavit. sed librum nemo dicet stilum. Bergkius coniecit *ἐν τῷ γρίφῳ*, Schneidewinus *ἐν τῷ γ' αἰτίων*, O. Schneiderus prolegg. in aet. p. 3 aliquanto probabilius *ἐν τῷ ἐπιγραφείῳ*, quo titulo inscriptiones illas librorum poeticas indicari vult sive seorsim editas sive ut *πινάκων* pars essent. at cum tabulis vix puto epigrammatis illis ullam rationem intercessisse. mihi quotiens cum in titulum istum intueor tum in fragmenti genus, quod epigrammatis manifestam prae se fert speciem, totiens Varronis imagines animo occurrunt. quamquam enim adiectarum figurarum *benignissimum inventum* nolo Varroni detrahere, tamen facile potest Callimachus ita praeivisse illius operam, ut titulorum conlectionem translata notione *γραφεῖον* appellatam ediderit, utpote qua auctoris cuiusque forma quasi quibusdam lineamentis fuerit adumbrata. cui esset finitimum, ut alia omittam, quod Eudoxus librum suum astronomicum inscripsit *εἴσοπτρον*. haud exigua autem coniecturae meae inde accedit commendatio, quod Varronem in librorum suorum argumentis ac titulis graeca plerumque aemulatum esse exempla nunc comperta res est. et ipsum Callimachum non una in rc ille videtur secutus. aetia commemorasse nunc satis habeo.

Ὄβριμον ἀκαμάτου στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο,
ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων,
Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν, εἰ τορὸν οὖας
ἔλλαχες, εἰ ζαλοῖς τὰν ἀγέλαστον ὄπα,
εἰ τὰν ἄτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις
μαίεαι. εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,
καὶ Ζεύς τοι κρέσσων Ἐνοσίχθονος· ἀλλ' Ἐνοσίχθων
τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὕπατος
καὶ ναετὴρ Κολοφῶνος ὑπέζευκται μὲν Ὁμήρῳ,
ἁγεῖται δ' ἄλλων πλάθεος ὑμνοπόλων.

Laudibus Antipater eum tollit, quem spernebat Callimachus. nam Proclus in comment. ad Plat. Tim. I p. 28 c: *εἴπερ γάρ τις ἄλλος καὶ ποιητῶν ἄριστος κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίστησιν. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησε καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός· μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς* [1]. scilicet Callimachi hoc dictum ad ipsum illud Platonis de Antimacho

[1]) Hoc Callimachi frg. non dubito quin *τοῖς πρὸς Πραξιφάνην* attribuendum sit, quae commemorat auctor vitae Arati I apud Westermannum p. 54: *μέμνηται γοῦν αὐτοῦ (Ἀράτου) καὶ Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρου οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην, πάνυ ἐπαινῶν αὐτὸν ὡς πολυμαθῆ καὶ ἄριστον ποιητήν.* nam Praxiphanes peripateticus Platonis et Isocratis *διατριβήν τινα περὶ ποιητῶν γενομένην* composuerat auctore Laert. Diogene III 8. cf. Prellerum de Praxiphane p. 15. itaque Callimachi ille liber 'de poetis ad Praxiphanem scriptus fuit. in vita latina legitur: *sicut testatur Callimachus assistens ei ab infantia propter Praxiphanem mitilenum.* itaque videtur puerilis graecaeque linguae male gnarus interpres *παρὰ Πραξιφάνην* vitiose legisse. ceterum eodem fortasse opere Proclus eiusve auctor et in comment. in Parmen. p. 5 Cousin. utitur: *διδάσκαλος μὲν ὁ Παρμενίδης ὤν, μαθητὴς δ' ὁ Ζήνων, Ἐλεᾶται δ' ἄμφω καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ διδασκαλείου μεταλαβόντε, καθάπερ που καὶ ὁ Καλλίμαχος* (*Νικόμαχος* CD) *ἱστόρησεν.* ac Tatian. adv. Graec. 31 p. 120 Otto et Euseb. praep. ev. XII p. 492 Viger. *περὶ μὲν τῆς Ὁμήρου ποιήσεως γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασε, προηρεύνησαν γραμματικοὶ . . . Καλλίμαχος.* quae fragmenta tabulis vindicarunt. cf. Callim. ed. Ern. p. 471, Sengebusch. diss. Hom. I p. 45, C. Wachsmuth. philol. XVI p. 659, 660.

iudicium pertinebat. cf. Welckerum ep. cycl. I p. 105. at gravius etiam est, quod Callimachus dixit frg. 441:

Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν.

nam mihi quidem paene certum videtur, huius ipsius versus cavillationem inesse Antipatri verbis εἰ τορὸν οὖας ἔλλαχες· hoc enim moris erat epigrammatistarum, ut in litterariis istis poematiis cum acumine repeterent aliorum dicta et vocabula, quae tecte ac si fieri posset urbane vel comprobarent vel detorquerent vel refutarent. veluti Antipater Sidonius anth. P. IX 66 vocem a Sapphone inventam ad eandem rettulit, et quod a Crinagora anth. P. IX 545, 1 Callimachi Hecala praedicatur τορευτὸν ἔπος, mirum foret, ni hoc sibi ipse sumpsisset Cyrenensis[1]), eiusdemque generis alii invenient alia. ac totam adeo Antimacheae poesis descriptionem ita ab Antipatro institutam credo, ut singulis Callimachi criminibus suas opponeret laudes, quibus contrarium iudicaret. nam ecquis est, qui casui tribuat, quod versus 5 sententiae Catullianus quidam versus insigniter respondet ita, ut ipsum contrarium edicat, XCV b, 2

at populus tumido gaudeat Antimacho —?

quid, quod et *tumido* epitheton (παχὺ γράμμα) egregie confirmat, illud iudicium Callimacho acceptum ferre Catullum? nonne quivis in eodem Antipatri versu desertam illam aque populi strepitu remotam Callimachi semitam recognoscet? quam cum Antimacho initam ille praedicet, quid dubium est, quin id ipsum negaverit Callimachus? atque ista quoque ἀγέλαστος ὄψ tam est singulariter dicta, ut quidam Callimachi locus videatur respici. apposite comparaveris epigramma etsi fortasse minus recte ad Callimachum relatum, at ex aliquo tamen illius loco expressum, quod apud Meinekium est XXXV:

---

[1]) Horatius epist. II 2, 92 ubi Callimachus videtur respici (cf. v. 100): *caelatumque novem Musis opus.* et Prop. III 33 b, 43: *incipe iam angusto versus incudere torno.* sic enim corrigo librorum scripturam intolerabilem *includere*, quam nequicquam tuetur Bentleius ad Hor. a. poet. 441 Gelli loco IX 8, 4, cuius plane diversa est ratio.

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας, εὖ μὲν ἀοιδὴν
εἰδότος, εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι[1]).

vel Ovidi versus trist. II 367 sq. denique ecquemnam fugere potest, Antipatrum v. 1—5 eas ipsas in Antimacho laudare virtutes, quas in epigrammate antea tractato poetis *ἀκανθολόγοις* et *ὑδροπόταις* deneget quarumque contraria vitia istis exprobret? sermonis enim cultui delicato et quasi enervi austerum adeoque ferreum Antimachi genus oppositum est, *ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων*. cui congruit, quod in priore epigrammate *ἄρσην* dicitur Homerus, quam laudem ut ad Homerum Archilochumque aeque referamus, exigit magnus veterum consensus. vides igitur utroque composito epigrammate, quam multiplici rationum nexu Homerus in consortium trahatur et laudis et reprehensionis, laudis ab Antipatro, reprehensionis a Callimacho declaratae.

His igitur epigrammatis accuratius examinatis interque se conlatis, quod genus ex iudiciis Alexandrinorum pendet totum [2]), quasi per rimam introspicientes videre audireque nobis

---

[1]) Nam Haupti coniectura *συγκεράσαι* non confido. cf. Eurip. Bacch. 380.

[2]) Antipater Aristophanem sequitur in Archilocho et Antimacho iudicandis. cf. Quintil. X 1, 53. de Archilocho Aristophanis habes sententiam Cic. ad Att. XVI 11, 2: *quod vereris ne ἀδόλεσχος mihi tu, quis minus, cui ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur.* praeterea peculiarem operam Archilocho navavit Aristophanes. cf. Nauck. Aristoph. Byz. p. 273, Schneidewin. symb. crit. in poett. lyr. p. 96 sq., Nauck. philol. I p. 352 et Aristoph. p. 60. Aristophanem autem a Callimachi partibus defecisse mihi videri, iam olim declaravit Volkmannus l. c. p. 26. etiam Apollonius Rhodius commentarios scripsit in Archilochum teste Athenaeo III 451 d. ex anthologiae poetis Callimacheum secuntur de Archilocho iudicium Iulianus VII 69 et Gaetulicus VII 71. cf. etiam Longin. de subl. XXXIII 5. et haesit Pario aliquid Callimacheae vituperationis apud Quintil. l. c. 59 sq. *itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus. summa in hoc vis elocutionis, cum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiae esse, non ingenii vitium.* quorum extrema ita corrigo: *adeo ut videatur quibusdam, quod numquam milior est, ingenii esse non materiae vitium.* nam Plut. de audiendo 13: *μέμψαιτο*

videmur grammaticos de singulis poetis recte aestimandis concertantes atque altercantes. ac vidimus quorundam nomina poetarum signorum militarium instar elata, circa quae grammaticorum cohortes cum summa partium contentione congregarentur. inter signiferos autem eminebat auctoritate Cyrenensis, qui tam superciliosus erat criticus, ut custodem eum vel apparitorem publicum Hedylus dixerit. nam O. Schneiderum prolegg. in aet. p. 3 recte assecutum puto verba etym. m. p. 72, 12: *ἀλυτάρχης . . . Ἡδύλος δὲ εἰς τὰ ἐπιγράμματα* (ita Vb, ceteri codd. *εἰς τὴν ἐπιγραφήν*) *Καλλιμάχου διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας.* — ac possem disputatis pro fundamento utens vario modo hanc caussam exornare illaeque partes quaenam fuisse viderentur fusius explicare. sed quoniam alio adigit scribendi consilium, extrema lineamenta in praesenti satis habeo adumbrasse.

Tenuia, quod ad thesin nostram, singula ista vestigia, sed ipso consensu insigni, quo religiose persequentem ad eundem omnia finem ducant, certa graviaque, ut qui parum illa apud se valere patiatur, is inludere mihi videatur veri similitudini.

Nec vero inest in ipsa caussa, quam locorum aliquot subtilius explicatorum coniuncta vi probare studuimus, cur quis magno molimine reluctetur ac tergiversetur. nimirum Callimachus talem sese poetam profitetur, qui cum omnino exquisita carminum arte, tum vero in narratione, quod maxime nunc ad nos pertinet, rerum novitate lectores velit excitare ac delectare. quaecumque igitur poematum argumenta *publici iuris* sunt, ut Horatius l. c. loquitur, ea odit et arcet. qua in re nec sciri potest nec vero multum refert, utrum fabulas ab Homero tractatas huius demum opera pervulgatas esse statuerit, ut ipse quidem ille a crimine *δημόσια* cecinisse liber fuerit, an materiem iam popularem Homerum suscepisse maluerit credere. nosse sufficiat, Callimachi sensum ab Homericis carminibus abhorruisse, ut quae destituta

---

δ' ἄν τις Ἀρχιλόχου μὲν τὴν ὑπόθεσιν, Παρμενίδου δὲ τὴν στιχοποιίαν e. q. s. similia etiam Iulianus misopog. init. et Meleager sive anonymus anth. P. VII 352, 5 sq.

essent novarum rerum lenociniis atque exquisitiorum fabularum oblectamentis.

Itaque Cyrenensis in aetiis, quibus principatum elegiaci generis nactus est, remotos obrutosque fabularum fontes adiit ac reconditae doctrinae non nisi a paucissimis possessae horrea aperuit. unde repetas, quod apud Martialem X 4 aliqua veritatis superlatione aetia Callimachi abstrusa quaelibet ac portentosa et a cotidiana vita remotissima significant. quo et Luciani redit fere crimen, Callimachum monstruosas horrendasque res luxuriantem depingere, de conscr. hist. 57, ubi laudata Homeri excelsa castitate haec subiunguntur: *εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε*[1]); Callimachi sectatoribus *μέλαινα ἱστορία* assignatur a Philippo anth. P. XI 347, 4 sq. ac notus est Clementis locus strom. V 8 p. 676 Pott. *Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ τὰ Καλλιμάχου αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα καὶ τὰ τοιούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικὴν ἔκκειται ἅπασιν.* utique eis poetis grammaticis adnumerandus Cyrenensis est, qui in rimandis ac promendis minutulis fabularum momentis proditaeque mythographiae quasi lacunis explendis vel repugnantiis corrigendis elaborarint. cf. in Iov. 6, anth. P. XI 321, 3 et 6[2]). quo in genere una cum Callimacho in

---

[1]) Hanc Luciani esse mentem non modo Piersonus ad Herod. p. 440, qui miratus est Callimacho *βραχυλογίας* studiosissimo loquacitatis crimen intendi, Heyniusque opusc. acad. I p. 93 et Hertzbergius quaestt. Prop. p. 190, sed etiam Naekius opusc. I p. 61, Meinekius anall. Alex. p. 35 sq. et Bernhardyus gr. Litt. II 1² p. 500 non viderunt. illa autem Callimachi Euphorionis Partheni propensio qualis fuerit, multis ni fallor cernitur Ovidi locis, qui omnino quot nominibus pendeat ab Alexandrinorum arte nondum satis perspectum est. cf. met. VI 359. 387—391. 557—560. 636—646. X 503—513. cll. met. VI 319 sq., trist. II 64. et habet Ovidius prae ceteris versus illos *λελυγισμένους*.

[2]) Huc ne referam, quod Callimachus Apollodoro Aristarchi discipulo apud Strab. VII p. 299 audit *πάνυ μεταποιούμενος τῆς γραμματικῆς*, dissuadet loci nexus. cf. Lehrsi Aristarch. p. 255, Sengebuschi diss. Hom. I p. 43. sed Callimachum acerbe carpit Strabo valde memorabili loco IX 397, quem apte possem adhibere, ni longioris hoc disputationis esset. verba autem incerti epici a Callimacho derisi,

primis sunt nominandi Euphorio et Parthenius, quorum utrumque a Luciano, Euphorionem a Clemente comites illi vidimus additos. et Artemidorus onirocrit. IV 63: εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ καὶ παρὰ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς λέσχαις καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν ἐλεγείαις καὶ παρὰ ἄλλοις πολλοῖς ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι [1].

E quibus Parthenio potissimum, qui scholae Alexandrinae iustus erat alumnus [2], artius cognationis cum Callimacho vinculum intercessisse non uno indicio commotus mihi persuasi. Callimachi et Partheni exquisita dictio *cycliorum* trita Homerici sermonis via incedentium decantatis flosculis cum cavillatione opponitur a Polliano anth. P. XI 130. et in ipsis Partheni fragmentis vestigia agnoscuntur Callimacheae orationis licet in tanta reliquiarum paucitate perquam exilia. cf. Meineki anall. Alex. ad Parth. frgg. 24, 32, 37, 43. denique Partheni narrationes amatorias quam maxime puto genus ac colorem referre aetion argumentorum. quae cuncta animo volventi simulque eorum, quae de Homero Callimacho Parthenio disputavimus summam recordatione percurrenti non potest non coniectura statim subnasci lecto Eryci epigrammate, quod est anth. P. VII 377:

Εἰ καὶ ὑπὸ χθονὶ κεῖται, ὅμως ἔτι καὶ κατὰ πίσσαν
τοῦ μιαρογλώσσου χεύατε Παρθενίου,

---

cuius patrocinium contra hunc suscipit Strabo cupidissime l. c. . . . . .
τὰς τῶν Ἀθηναίων παρθένους
ἀφύσσασθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδάνοιο
veteris alicuius cyclici esse mihi videntur reputanti, quanti Strabo Homerum illosque fecerit ut omnis doctrinae auctores et magistros. Meinekius vindic. Strab. p. 134 versum fortasse Apolloni esse dicit.

[1]) De ξέναις ἱστορίαις v. M. Schmidtium Didym. p. 356 sq. idem spinosum fabularum studium in Euphorione Rhiano Parthenio admiratus est Tiberius, qui e grammaticis quaerere solebat, *quae mater Hecubae, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitae.* cf. Sueton. Tiber. c. 70. simillima et anth. P. XI 321, 6 et 347, 4 cum Callimachi mentione iunguntur. eandem etiam ob caussam Hadrianus Homerum insectatus, Antimachum veneratus esse videtur. cf. Dion. Cass. LXIX 4. odiosus Homerus et Caligulae fuit. cf. Suet. Calig. c. 34.

[2]) Cf. Meineki anall. Alex. p. 258.

οὕνεκα Πιερίδεσσιν ἐνήμεσε μυρία κεῖνα
φλέγματα καὶ μυσαρῶν ἀπλυσίην ἐλέγων.
ἤλασε καὶ μανίης ἐπὶ δὴ τόσον, ὥστ' ἀγορεῦσαι
πηλὸν Ὀδυσσείην καὶ πάτον Ἰλιάδα.
τοιγὰρ ὑπὸ ζοφίαισιν Ἐρινύσιν ἀμμέσον ἧπται
Κωκυτοῦ, κλοιῷ λαιμὸν ἀπαγχόμενος.

In codice Palatino hoc lemma adscriptum est: ἐρυκίου εἰς παρθένιον τὸν φωκαέα τὸν εις ὅμηρ παροινήσαντα. de Parthenio quodam Phocaeensi saeculi quarti scriptore constat e Stephani Byzanti locis haud paucis. cf. Meineki anall. Alex. p. 265. alter Parthenius Dionysi Thracis discipulus memoratur a Suida s. v. Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς et saepius ab Athenaeo. cf. Meinek. l. c. p. 293. atque hunc Homeri fuisse obtrectatorem illum arbitratur Iakobsius animadv. in anth. Gr. III 3 p. 981, qui persuasisse videtur Meinekio l. c. p. 264. cf. Bernhardyum gr. Litt. II 1^2 p. 500. at hunc vero tantum modo grammaticum novimus, contra poetam non nisi Nicaenum nostrum, elegiacum inlustrem. accedit quod, ut lemmate illo fisus alterum Parthenium eundem Phocaeensem extitisse credam, vix adducor. ne multa, confusione librari- Φωκαεύς dici videtur pro Νικαεύς, quod item factum apud Steph. Byz. p. 705 s. v. Ὤγενος. cf. Meineki anall. Alex. p. 264. ac video, me non primum ita statuere, sed sententiam amplecti Fabrici bibl. Gr. ed. Harl. IV p. 309. cf. etiam Brunckium anall. III p. 198. videntur autem aliter statuisse recentiore memoria non alia caussa commoti, quam quadam erga Vergili praeceptorem observantia. cui nullum hac in re iustum locum esse, post ea quae disserui satis liquet.

Quae igitur a rei natura commendabatur suspitio, Parthenium illum ab Erycio castigatum non iudicio usum esse prorsus solitario, sed superiorem aliquam auctoritatem amplexum esse, ea huius disquisitionis perpetuitate stabilita et ad finem multis modis probatum perducta hunc est, ut Callimachi partes hac in re valuisse videantur, nisi quod fortassis ultra hunc Parthenius sectator evagatus est, quod constat plerumque usu venire.

Attingendum certe hoc loco Callimacheum brevita-

tis praeceptum nemini ignotum. etenim ne animum inducas, eum imperiosius certum posuisse versuum numerum, quem ultra nequiret consistere laudabile poema, evidenter illud fluxit ex popularium fabularum taedio. magna enim illa ἔπη unius maxime herois, nonnullorum interdum, facta pericula labores celebrabant, ut decurreret narratio *perpetua et naturali serie*, ut perapte F. A. Wolfius. Cyrenensis igitur poeta cum haec argumenta aversaretur, necessario vertebatur ad tractandas potissimum singulas fabulas angustis circumscriptas finibus. ac vel maxime huc faciebant fabulae illae certis regionibus adstrictae, quas vel in longis itineribus conquisitas vel a periegetis historicis aliisque acceptas ex arte praeparavit ac perpolivit elegisque suis tersis ac limatis inclusit. quod genus poesis cum unice probaret, dixerit Homerum *magniloquum*, ut Statius silv. V 3, 62. hinc igitur dicterium illud iocosius sonans quam severius, magnum librum esse malum magnum (frg. 359, cf. Heckeri comment. Callim. p. 33), hinc admonitio eius, ne quis a se pari velit *μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν* (fr. 165), hinc Apolloni castigatio, qui canenda sibi sumpserit *ὅσα πόντος ἀείδει* (in Apoll. 106), hinc apud Propertium II 1, 40 *angusto pectore Callimachus*, et III 33 b, 32 *non inflati somnia Callimachi*. et commode profitetur, non unum se perpetuum carmen confecisse, *οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκές* (frg. 287, quod plenius in Bekkeri anecdd. Gr. II p. 505 et III p. 1117, cf. Naekium Hec. p. 33 sq. et Bastium ad Greg. Cor. p. 899), quocum utiliter contuleris Hor. carm. I 7, 5 sqq. et Martial. VII 63. scilicet aetia respiciens, elegiarum nullo continuitatis vinculo iunctarum conlectionem, ita loqui videtur Callimachus[1]). at mirum debebat videri, eundem esse auctorem huius fragmenti (138):

καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον
ἠνεκὲς ἀείδω δειδεγμένος[2]).

---

[1]) Itaque fallitur Naekius Hec. p. 29 et 34, qui eodem loco alia quoque falso ad prooemium Hecalae traxit. sed omnium maxime Heckerus errat l. c. p. 49, qui falsa falsis cumulat tota disputatione, qua ficticium suum aetion *prologum galeatum* commendat.

[2]) Meinekius Callim. p. 272 n. scribit *ζηνεκὲς ἀείδω δεδιδαγμένος*. sed utraque mutatione opus non est. nam bonum est *ἠνεκές* atque

idque gravissimis erroribus Heckerum l. c. p. 49 sqq. implicuit, nec dum inventus est, qui haec conciliaret. at in aperto res est. etenim cum Callimachus de se illud dixisse haud quaquam possit, pro particula id habendum est epigrammatis, quod tituli instar in aliquem epicum poetam, ni fallit animus, in ipsum Homerum erat compositum. ad hunc enim ducunt Pindari scholiographi verba, quibus frg. adhibet (ad Nem. II 1), et eodem me reddunt propensum Pindari hi versus Isthm. IV (III) 61 sqq.

ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμακεν δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν[1]).

A Callimachei epigrammatis XXVIII universa vi profecta ita nobis progressa ratio est, ut quae de Callimacho Homeri auctoritati sese opponente disputaverimus, ea cum certa aliqua poematis cyclici interpretatione nec stent nec ruant, quoniam suis nituntur sat firmis fundamentis. at vero quae nunc probavimus argumentis, ea facile retrorsum valere videbuntur in expediendum poema cyclicum. haud enim spernendam inde probabilitatis speciem eis accedere, quae cum alii tum maxime Salmasius exercitatt. Plin. p. 601 b et F. A. Wolfius Vorless. über d. Gesch. d. griech. Litt. p. 178 cyclum epicum attingentes de praesenti loco una cum erroribus gravissimis iecerunt potius quam argumentati sunt, quivis continuo pervide-

---

huc spectare puto, non ad Nic. alex. 517, Hesychium *ἠνεκές· μακρόν· δι' ὅλου*, quod nostrum est *in Einem.* at poterat Meinekius aliquo modo provocare ad Hesych. *αἰζηνεκές· διηνεκές, αἰώνιον*, ubi v. Schmidtium. ad. *δειδεγμένος* supplet Heckerus *ἐννέα Μούσας*. sed potius crediderim aliquod fuisse substantivum post *δειδεγμένος* a quo penderet in sequentibus *Μουσῶν* vel *παρὰ Μουσῶν*. Callimachus frg. 32 *δειδέχαται*. Hesychius *δειδεγμένοι· δεξιούμενοι.*

[1]) Hinc Suidas petiit verba *κατὰ ῥάβδον ἔφρασε*, quae Heckerus l. c. p. 111 Callimachum sapere putat. — ceterum talis videtur tituli particula esse etiam frg. 460 *Μουσέων δ' οὐ μαλὰ φιδὸς ἐγώ*, quae apertam mihi cavillationem referre videntur, ut Callimachum de se illa pronunciasse vix credam Heckero l. c. p. 56 sq. et Meinekio l. c. p. 272 n.

bit. hi enim, quod erat simplicissimum, notatum putaverunt veterem cyclum epicum ex Wolfi sententia a Pisistrato concinnatum. qua de re grave nunc accessit grammatici antiqui testimonium, quod continetur cum Parisino *περὶ κωμῳδίας* commentariolo tum Tzetzae scholio in Aristophanem Ambrosiano. nam certum nosmet habemus Crameri inventum postea a Rothio quoque in mus. Rhen. n. VII p. 135 sqq. explicatius commendatum, quod in *ἐπὶ Κογκύλου* vel *ἐπὶ κογκυλω* ille *ἐπικὸν κύκλον* dixit latere.

Iam longam ac spinosam at haud infructuosam viam permensi redimus ad Ovidi eos versus, a quibus primum exorsi sumus. quos ubi nunc relegemus, haud paullo clarius illorum patescet vis ac gravitas.

Itaque Cydippae imaginem ut in primis aptam, qua Callimacheae poesis singularis forma atque indoles repraesentetur, quam fieri possit accuratissime suscepimus instaurandam. fortuna autem accidit propitia, ut in eius poematis, quod tamquam inlustre exemplar commemoratur ingeni Battiadae, extremis quasi lineamentis suscitandis uti nobis liceat ducibus pergratis Aristaeneto et Ovidio.

Ac magnus iam Bentleius in sua fragmentorum Callimachi conlectione duo fragmenta, unum Cydippam memorans (101), alterum, in quo Aconti nomen felici sagacitate ipse agnovit primus (102), una cum Ovidiano illo disticho sub titulo *Κυδίππη* exhibuit, Ovidi epistularum XX et XXI haud ille immemor. postmodo Aristaeneti qui dicitur epistulam I 10, qua inlustrarent Callimachi frgg. 26, 169, 229, adsciverunt Piersonus Ruhnkenius Toupius Valckenarius. et Hemsterhusius quoque in addendis ad Propertium Burmannianum p. 932 monuit: *sane nobilis est praeter ceteras atque aurea haec Epistola* (*Aristaeneti*)*; quae propterea maioris est momenti diligentiorique cura perpoliri meretur, quod ex Callimachi Cydippe, mutatis in pedestrem orationem versibus expressa videatur et contracta.* nihilo setius nostro saeculo talia Bachius vendidit Philet. p. 15 sq.: *Iam vero inde a Mimnermi elegis amatoriis, Nannonis amicae nomine inscriptis, poetarum elegiacorum principes quosque puellae in carminibus plurimum celebratae quasi dedicasse poemata, ipsa illa testatur Antimachi*

Lyda, *Callimachi Cydippe*, *Hermesianactis Leontium*, *Propertii Cynthia.* eodem vero anno, quo ista sunt scripta, Buttmannus mythol. II p. 115 sqq. inlustri commentatione memoriam Cydippae renovavit. at tamen recentissimae aetatis homines doctos haud paucos, quin ipsum Bernhardyum, de Cydippa Callimachi procul errare ac vagari video, quod ad rem denuo pertractandam haud mediocre erat incitamentum. sed in primis hoc me movebat, quod permulta habere mihi videbar, quae post Buttmannum vel adderem nova utiliaque vel statuerem rectius et accuratius, cum praesertim nec singula ille subtilius persecutus esset, et vero in eo ipso, cui summam fere insumpsit operae, a vero mihi longe videretur aberrasse. ducem vero itineris quod sumus ingressuri sequemur Aristaenetum.

Narrationis Aristaeneteae cursum multis modis mancum et inscitum si quis iudicio usus paullo intentiore perlustrabit, facile eum advertet, sophistam initium enarrandi ab eadem re sumere, in qua desinit, nuptias dico Aconti et Cydippae. his principio commemoratis continuo praedicans miram paris eius pulcritudinem regrediendo ea persequitur, quae ante nuptias facta erant, temporum discriminis nullo indicio prodito: *οἱ δὲ φιλοθεάμονες τοὺκ ἄλλους* e. q. s. et exinde a verbis demum *οὗτος ἠράσθη Κυδίππης* deorsum procedit enarratio eo reditura unde ordiebatur. quae rhetorem suo Marte ita instituisse variantem Graecum exemplum, nemo facile animum inducet. videtur ille potius neglegentius serviliusque excribens atque in brevius simul imperite contrahens obscurasse et corrupisse Callimacheam enarrandi artem. et haec quidem quasnam secuta videatur rationes, accuratius explicare nunc omittimus, eandem rem per maioris quaestionis opportunitatem postea resumpturi. monuisse nunc satis est, Callimachum procul dubio a nuptiarum mentione fabulam auspicatum deinceps repetiisse, quo artificio adhibito, quot utrimque laboribus exantlatis, illas Acontius attigerit.

Itaque in ipso limine, non, quod visum Rauchio die frag-

mente der aitia des Kallimachos p. 42, in fine exhibendum Callimachi frg. etym. m. p. 223, 33: *γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ· καὶ Καλλίμαχος*

> *ἦ ῥ' ὅτι τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος.* I

Callimachi enim nomen e codicum *καλῶν* (*D καλ˘*) [1] ieruit Bentleius ad Callim. frg. 103, verbaque poetae Heckerus comment. Callim. p. 110 perbene ad Cydippam rettulit conlatis Aristaeneteae epistolae hisce verbis: *ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὅτι ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει.* [2]) quod enim ad usum pertinet *ἦ ῥα* formulae, ea plerumque sane in interrogatione utitur Callimachus. cf. in Del. 83, 114, epigr. XIII 1. de epigr. XXX 3 anceps haereo. sed epigr. LXI 3 interrogationis signum Meinekio erat ponendum suadente latina versione huius epigrammatis, quae est inter Vergiliana catalecta XIV. [3]) contra epigr. XLI 3 ad affirmationem ducere videntur Catuli (non Porci Licini ut Meinekius ait ad h. l.) versus apud Gell. XIX 9, 14. at quod certum sit exemplum *ἦ ῥα* formulae in affirmatione positae habemus in Apoll. 85. quae cum ita sint, perdignum mentione est, quod Nonnus Callimachi diligentissimus sectator *ἦ ῥα* crebro adhibuit in interrogatione, in affirmatione non amplius bis, observante Lehrsio quaestt. ep. p. 269. de proverbio autem ipso cum Aristaeneti interpretes sat multa coacervaverint dicere supersedeo. sed Charitonis haec notaverim similitudinis caussa: V 1 init. *ὡς μὲν ἐγαμήθη Καλλιῤῥόη Χαιρέᾳ, καλλίστη γυναικῶν ἀνδρὶ καλλίστῳ.* VIII 1, 3 *δύο τῶν καλλίστων ἥρμοσε* (*Ἀφροδίτη*) *ζεῦγος.* I 1, 11 *ἡ πόλις μνηστεύεται τοὺς γάμους σήμερον ἀλλήλων ἀξίων.*

---

[1]) Frequens enim haec confusio, quae a compendiorum usu repetenda est. cf. Basti comment. palaeogr. p. 817. veluti etym. m. p. 237, 45 in cod. D est *καλλ*, in P *καλοῦσι*, in V *καλλίμαχος*. et quod p. 207, 17 in codicibus est *κλεῖ* bene O. Schneiderus Ztschr. f. A. 1848 p. 786 correxit *Καλλίμαχος*. idem proll. in aet. Call. p. 12 Callimachi nomen inseri vult etym. m. p. 249, 7 ubi legitur *καλόν*. at haec aliter expedienda puto. probabilius Heckerus philol. IV p. 478 sq. pro *καλεῖται* in eodem etym. m. p. 229, 43 scribi vult *Καλλίμαχος*.

[2]) Nonne Callimachus in eo qui sequebatur versu habuit *προσπλάζει*? Hesych. *προσπλάζει· προσπελάζει.*

[3]) Cf. Hauptium ind. lectt. Berol. hib. 1858—1859 p. 7 sq.

Asclepiades anth. P. XII 163 εὗρεν Ἔρως τι καλῷ μίξαι καλόν e. q. s. cll. Ov. met. IV 55 sq.

Cydippam igitur propitia Venus cunctis suis dotibus distinxerat, uno cesto sibi reservato, quem possideret sola[1]). hic igitur interponendum frg. novum quod in schol. Il. Γ 371 habet Venetus A, tametsi non spondeo, ad hunc solum locum illud pertinere:

II πολύκεστος. ὅτι πολύκεστος ὁ πολυκέντητος· ἐκ δὲ τούτου ὁ ποικίλος δηλοῦται διὰ τὰς ῥαφάς. καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης κεστὸς ἀπὸ τούτου. ʻτῇ νῦν τοῦτον ἱμάντα ποικίλονʼ (Ξ 219). ὁ δὲ Καλλίμαχος ὡς ὄνομα κύριον τοῦ ἵμαντος τὸν κεστὸν ἐκδέχεται.

Idem Venetus Ξ 214: ἡ διπλῆ, ὅτι κεστὸς ἐκ παρεπομένου ὁ ποικίλος, ἀπὸ τοῦ διὰ τὰς ῥαφὰς κεκεντῆσθαι, ἐμπεποικιλμένης τῆς φιλότητος καὶ ἱμέρου καὶ ὀαριστύος. καὶ οὐκ ἔστι κύριον ὄνομα, ὡς ἔνιοι τῶν ἀρχαίων· διὸ καὶ ἐπ' ἄλλου λέγει ʻἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμάςʼ (Γ 371). voluit hoc igitur scholiographus: Callimachus pro substantivo usurpavit κεστός vocabulum, cum Homerus adiective posuerit et πολύκεστος et κεστός[2]). dignoscitur autem facile scholion illud Aristoniceum (cf. Lehrsi Aristarch. p. 15), ipsa observatione ab Aristarchi dipla profecta (v. l. c. p. 193), ut apprime huc cadant Lehrsi haec verba Aristarch. p. 80 sq.: *(Aristarchus) nec Alexandrinos sicubi ab Homero desciverant notare praetermisit, ut in Callimacho fecit, v. schol. Ξ 499.* verum tamen num primus Callimachus inter illos ἀρχαίους[3]) verbi usum ab Homerico ad eum deflexerit, qui, si Nonnum excipias, in posterum regnasse videtur, multo iure dubitari potest. sed ambigua res in tanta exemplorum quae supersunt paucitate.

Apud sophistam deinceps secuntur dulcicula praeconia oculorum Cydippae et Aconti eiusdemque genarum. et quod quidem attinet ad Hesiodi mentionem, ea vix dubium est quin a Callimacho fuerit aliena unique sophistae debeatur.

---

[1]) Quod ad hunc igitur, liberalius egerunt Antiphanes anth. P. VI 88 et Leonidas scholasticus anth. Plan. 288.

[2]) De significatu atque origine adiectivi cf. Lobecki rhemat. p. 121.

[3]) Ea ἀρχαίων notio serum prodit grammaticum sua haec dictione exprimentem.

huic enim consuetum Homeri [1]) aliorumque poetarum doctam immiscere memoriam. idque haud fugit Passowium de Aristaeneto disputantem verm. Schr. p. 96: *Dichterfloskeln aus Homeros, Hesiodos, Sappho und Apollonios von Rhodos möchte man mehr dem Bestreben nach Zier, als der Nachahmungssucht zuschreiben.* verum ita non continuo actum est de sententia ipsa, quade nunc videndum. in Cydippae enim oculis cum decies denae Gratiae saltasse dicantur, huic sensui apposite comparaverunt Musaei de Her. v. 63 sqq.

οἱ δὲ παλαιοὶ
τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡροῦς
ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τεθήλει.

et cum Musaeum ab Aristaeneto haud semel compilatum esse perspectum habeatur (cf. Boissonadium ad I 15 p. 455), parata est suspitio, purpureum hunc pannum e Musaeo esse petitum. et vero possumus retro regredi ultra Musaeum. nam Nonnus Dion. XXXIV 36 sqq.

ὡς μὲν ἀκούω,
τρεῖς Χάριτες γεγάασι χορίτιδες Ὀρχομενοῖο
ἀμφίπολοι Φοίβοιο, χοροπλεκέος δὲ Λυαίου
εἰσὶ τριηκοσίων Χαρίτων στίχες, ὧν μία μούνη
πασάων προφέρουσα φαείνεται e. q. s.

quae Musaeus Nonni diligentissimus imitator, fortasse discipulus, manifesto mutuatus est. ipse vero Nonnus ubi quaeris unde nitidam sententiam transtulerit — iam enim toti versamur inter loquendi venerum venatores impigerrimos atque elegantiorum sensuum furiculos avidissimos — facile eo ducare suspitionis, ut primum huius luminis inventorem Alexandrinum aliquem poetam fuisse statuas. etenim ne in Stratone quidem eundem sensum adhibente anth. P. XII 181, qui Nonni possit auctor haberi, acquiescendum est [2]):

---

[1]) Cf. Aristaen. I 1 p. 5, 2 p. 9, 3 p. 13, 12 p. 58.

[2]) Luciani Alciphronis Libani similes sententiolae, quas Iakobsius animadv. ad anth. tom. X p. 71 commemorat, ab Aristaeneti Musaei Nonni Stratonis ita discrepant, ut ex talibus exaggeratione auctis cumulatisque nata videantur illa.

Ψευδέα μυθίζουσι, Θεόκλεες, ὡς ἀγαθαὶ μὲν
αἱ Χάριτες, τρισσαὶ δ' εἰσὶ κατ' Ὀρχομενόν.
πεντάκι γὰρ δέκα σεῖο περισκιρτῶσι πρόσωπα,
τοξοβόλοι, ψυχέων ἅρπαγες ἀλλοτρίων.

at vero ipsum Aristaenetum ex Cydippa ipsa sensum istum, transtulisse, id vel inde veri minus simile redditur, quod talia sunt sede vicina eademque colore affinia, quae manifestius etiam a rhetore adiecta sint: *τὸν δὲ νέον ἐκόσμουν ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ μὲν ὡς κόρου, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος καὶ φύσεως ἔρευθος εὐανθὲς ἐπιτρέχον ταῖς παρειαῖς.* ita enim correxerim duce Xenophonte Ephesio, quem identidem serviliter excripsisse Aristaenetum, pridem observatum est. cf. Peerlkampium ad Xenoph. Ephes. p. 83. 115. 144. 155. isque I 2, 6: *ὀφθαλμοὶ γοργοί, φαιδροὶ μὲν ὡς κόρης, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος.* sunt enim efflorescentis iuventutis oculi *φαιδροί.* Apollonius II 43 sq.

τοῖος ἔην Διὸς υἱός, ἔτι χνοάοντας ἰούλους
ἀντέλλων, ἔτι φαιδρὸς ἐν ὄμμασιν.

cf. eundem III 1023. et paullum aliter Alciphro I 38, 6. haec igitur Aristaenetum patet ad verbum e Xenophonte sumpsisse, sicuti recte iudicant amborum simul interpretes, ut procul habenda sit Callimachi memoria. quibus finitur denique descriptio *καὶ φύσεως ἔρευθος* e. q. s., ea ex ipsius sophistae officina prodiisse videntur evincente loco simillimo, quem et Bastius attulit, II 21 p. 193: *καὶ φύσεως αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς.*

Iam igitur dispicis, totum hunc locum, qui versatur in Aconti Cydippaeque formonsitate altius tollenda et quodam modo describenda, nullam videlicet rem continentem quae ad aliquam conducat imaginem animo informandam, ab ipso rhetore pro purpureo panno paraphrasi esse assutum, puto quo nitide oppleret quasi quoddam hians foramen, quod in Callimachea enarratione sibi videretur deprehendisse. quod si ita est, Callimachus pulcritudinem divinam relicta descriptione effectu tantum modo probavit legentibus.[1]) id quod boni esse

---

[1]) Nam latini poetae descriptioni ep. XX 55 sqq. nil cum Callimacho. ceterum quod Lucianus Muellerus de re metr. p. 49 contra *Thetidis*

poetae Lessingius nos docuit in Laocoonte. ac mirificus sane effectus spectatae Aconti formae. nam pulcritudinis amatores in ludum itantem puerum mirabundi contemplantur agmine conferti ac loca publica viasque multitudine sua implentes. nimirum talis in exprimenda formonsitate humana superlatio propria utique est stili, qui regnat in universo hoc fabularum genere. atque ut e Graecis Romanisque proponam auctoribus quae forte conlecta habeo, cf. Achill. Tat. I 4, 2 sqq. 19, 1. Charit. I 1, 3 sqq. 1, 10 sqq. 14, 1 sqq. II 3, 9 sq. III 2, 14. IV 7, 6. Xenoph. Ephes. I 1, 3. 12, 1 sq. II 2, 4. Nonn. Dion. IV 128 sqq. VII 226 sqq. X 175 sqq. XLII 459 sqq. Mus. de Her. 55 sqq. Ov. met. IV 55 sq. X 315 sqq. quibus e locis nonnulli proxime accedunt ad Aristaeneteum illum sive Callimacheum. nihilo setius stomachum ille movit, ut nihil aliud, Cobeto mnemos. IX p. 152, qui internecionem nunc minitatur Battiadae bello ἀσπόνδῳ καὶ ἀκηρύκτῳ. at vellem verbo significasset vir laudatissimus, quid sentiret de celeberrimo exordio Apuleianae fabulae (met. IV 28 sq.): . . . . *multi denique civium et advenae copiosi, quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessae formonsitatis (Psychae) admiratione stupidi et admoventes oribus suis dexteram primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus (venerabantur) . . . . . . iam multi mortalium longis itineribus atque altissimis maris meatibus ad seculi specimen gloriosum confluebant. Paphon nemo, Cnidon nemo ac ne ipsa quidem Cythera ad conspectum deae Veneris navigabant. sacra diae praetereuntur, templa deformantur, pulvinaria proteruntur, cerimoniae negleguntur, incoronata simulacra et arae viduae frigido cinere foedatae. puellae supplicatur et in humanis vultibus deae tantae numina placantur et in matutino progressu virginis victimis et epulis Veneris absentis numen propitiatur. iamque per plateas commeantem populi frequentes floribus sertis et solutis adprecantur.*

Ille vero ipse Aristaeneti locus inlustrandus est Callim. fragmento 169, quod ad Cydippam pertinere et Ruhnkenius

---

pedes profert, id nihili est. cf. anth. V 48, 4. 60, 1. 94, 2. Nonn. Dion. VII 237, X 190. Philostr. ep. XXXVI Kays. alios.

ad hoc frg. et Valckenarius Callim. eleg. frgg. p. 215 ex Aristaeneto conlegerunt. etenim etym. m. p. 306, 22:

εἰσπνήλης· ὁ ἐρώμενος. Καλλίμαχος

III μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κοῦρος ἴοι

ὁ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος εἰσπνεόμενος· Λακεδαιμόνιοι γὰρ εἰσπνεῖν φασὶ τὸ ἐρᾶν. ἢ παρὰ τὸ ἕπεσθαι τοῖς ἐρωμένοις· ἐπνήλης τις ὢν καὶ εἰσπνήλης.

Etym. cod. Nann. addit pentametro hemistichium:

φωλιὸν ἢ λοίτρον

et Zonaras p. 628:

εἰσπνήλης· ὁ ἐρώμενος. Καλλίμαχος

μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὅπποτε κοῦρος ἴοι

φωλεὸν ἢ λοετρόν.

corrige ὁππότε, ἠέ, λόετρον.

Schol. Theocr. XII argum. ἔστι δὲ εἴσπνιλος ὁ ἐραστὴς κατὰ τὴν τῶν Ἀμυκλαίων διάλεκτον. αἴτης δὲ ὁ ἐρώμενος, ὡς Θετταλοί φασιν. cf. schol. XII 13. et etym. m. p. 43, 31: Ἀΐτης· ὁ ἐρώμενος· παρὰ τὸ ἄειν, ὅ ἐστι πνέειν· ὁ εἰσπνέων τὸν ἔρωτα τῷ ἐραστῇ. φασὶ γὰρ γίνεσθαι τὸν ἔρωτα ἐκ τοῦ εἰσπνεῖσθαι ἐκ τῆς μορφῆς τοῦ ἐρωμένου, ὅθεν καὶ εἰσπνήλας καλοῦσι τοὺς ἐραστὰς παρὰ Λάκωσιν[1]). cf. Welckerum kl. Schr. II p. 93, O. Muellerum Dor. II p. 286, qui ex parte corrigitur a Lobeckio prolegg. path. p. 577 sq. cll. ibid. p. 111.

Callimachus utrum φωλεόν masculino genere posuerit an vero neutro, per se haud satis claret. at neutrum, quae longe rarior est forma, ab eo praelatum puto, id quod cum λόετρον verbum iuxta sit adhibitum et ab aequalitate fortasse commendatur. atque Hesychius: φωλεόν· διδασκαλεῖον· ἢ οὗ τὰ θηρία κοιμᾶται· ἢ οὗ χορεύουσι καὶ διδάσκουσιν.[2]) οἱ δὲ

---

[1]) Hinc etymol. Gud. p. 22, 58: Ἀΐτης, ὁ ἐρώμενος παρὰ τὸ ἄειν ὃ ἔστι πνέειν, ὁ εἰσπνέων, ἔρωτα τῷ ἐραστῇ· φασὶ γὰρ γενέσθαι τὸν ἔρωτα διὰ τὸ εἰσπνεῖσθαι τὸν ἔρωτα τοῦ ὁρωμένου, ὅθεν καὶ εἰσπνήλας καλοῦσι τοὺς ἐραστὰς οἱ λάκωνες. quae sic corrigas: Ἀΐτης, ὁ ἐρώμενος, παρὰ τὸ ἄειν ὅ ἐστι πνέειν, ὁ εἰσπνέων ἔρωτα τῷ ἐραστῇ· φασὶ γὰρ γίνεσθαι τὸν ἔρωτα διὰ τὸ εἰσπνεῖσθαι ἐκ τοῦ ἐρωμένου e. q. s. cf. p. 617, 46 et Crameri anecdd. Ox. II p. 173.

[2]) Cf. schol. Od. ζ 65 χορόν] τὸ συνέδριον, τὸ ἄθροισμα, τὰ διδασκαλεῖα.

σπήλαιον. qui Callimachum ni fallor respicit. nam praeterea nominativum *φωλεόν* non nisi a Nicandro frg. 83 Schn. et Antipatro anth. P. IX 302, 4 et quidem de serpentium cubili invenio usurpatum. ambigui autem generis est Nic. ther. 32. contra *φωλεός* scholarum aedes fuisse perhibetur a Polluce IV 19, IX 41, in etym. m. p. 130, 47, in etym. Gud. p. 70, 11, in etym. Orionis p. 11, 1, ubi *φωλεοί* scribendum esse pro *φωλεά* ceterorum consensu probatur, a Suida s. v. *φωλεόν*, ubi accusativus intellegitur, et s. v. *ἀποφώλιοι*. atque alias quoque crebro *φωλεός* in veteribus lexicis commemoratur.

Ceterum mirum foret, ni poeta ut in re amatoria una cum ludo balneoque et g y m n a s i u m memorasset. Parthenius narr. am. 7 de Antileonte Hipparinum depereunte: *ὃς πολλὰ μηχανώμενος οὐδαμῇ δυνατὸς ἦν ἁρμόσασθαι, περὶ δὲ γυμνάσια διατρίβοντι πολλὰ τῷ παιδὶ προσρυεὶς ἔφη τοσοῦτον αὐτοῦ πόθον ἔχειν* e. q. s. Charito I 1, 10: *ἐπόθει δὲ τὸ γυμνάσιον Χαιρέαν καὶ ὥσπερ ἔρημον ἦν· ἐφίλει γὰρ αὐτὸν ἡ νεολαία.* Plutarchus Demetr. 24: *ἐκεῖνος γὰρ ἦν ἔτι παῖς ἄνηβος. οὐκ ἔλαθε δὲ τὸν Δημήτριον ἔχων τῆς εὐμορφίας τὴν ἐπωνυμίαν κατήγορον· ἐκαλεῖτο γὰρ Δημοκλῆς ὁ καλός. ὡς δὲ πολλὰ πειρώντων καὶ διδόντων καὶ φοβούντων ὑπ' οὐδενὸς ἡλίσκετο, τέλος δὲ φεύγων τὰς παλαίστρας καὶ τὸ γυμνάσιον εἴς τι βαλανεῖον ἰδιωτικὸν ἐφοίτα λουσόμενος*[1], *ἐπιτηρήσας τὸν καιρὸν ὁ Δημήτριος ἐπεισῆλθεν αὐτῷ μόνῳ.* ac similia facile Charitoneis illis habebat Callimachus. quem quidem plura Aristaeneto documenta publicae admirationis memorasse evincit frg. 102, Athen. XV 668 b:

καὶ Καλλίμαχος δέ φησι

πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε IV
οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

eademque, nisi quod *ἀκόντιον ἧκον* apud Dindorfium legitur minus recte, scholiasta habet Aristoph. ad pac. 1244. verba autem Callimachi a Bentleio esse ad Cydippae elegiam relata nomine Aconti restituto, iam supra monui. post quem infe-

---

[1]) Apud Callimachum quoque separatum balneum quod non fuerit in gymnasio videtur indicari. cf. Theocr. XXIII 57.

liciter ut pleraque in Callimacho Valckenarius eleg. frgg. p. 215 haec copulavit confidenter:

> μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κοῦρος ἔοι·
> πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε
> οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

quod quam falso ille fecerit praeter cetera trium vocabulorum accessio nunc docere potest[1]). quod autem ad cottabi rationem, adeas Iakobsium verm. Schr. VI p. 107 sqq., Beckerum Charicl. II p. 295 sqq.

At iuvenes Aconti admiratores non solum gregatim eum sequebantur intuituri, si prodibat, atque cottabo de absente certabant amatorie, sed frequentes etiam *διὰ τοῦτο τὸ λίαν ἐρωτικὸν τοῖς ἴχνεσι τοῦ μειρακίου τοὺς ἑαυτῶν ἐφήρμοζον πόδας.* cui desideri fomento et vero nutrimento Valckenarius l. c. p. 216 eum comparat amantium usum, quo idem poculum uniusve poculi eandem partem labris suis premebat uterque, quode cf. Beckerum Charicl. I p. 66 sq. p. 331. verum tamen quod prorsus conspiraret cum Aristaeneteis nullum ille habuit exemplum, et inter alia nullo pacto huc facientia unum Boissonadius ad Aristaen. p. 360, Meleagri verba anth. P. XII 84, 5:

> βαίνω δ' ἴχνος ἐπ' ἴχνος.

at paullo evidentior etiam alius loci est similitudo, quem ex ipsa Cydippa credo translatum, Nonn. Dion. XLII 54 sq.:

> καὶ Βερόης μετρηδὸν ἐπ' ἴχνεσιν ἴχνος ἐρείδων,
> οἷά περ ἀγρώσσων περιδέδρομεν[2]).

atque omnino in eis, quibus Nonnus ignes describit Dionyso a Beroa conceptos, unum alterumve lumen atque ornamentum ab Aristaeneto omissum e Callimachi Cydippa facile superest depromptum[3]).

In hunc igitur adulescentulum Cupido, quam poterat validissime arcum intendit. *ἔδει γὰρ τὸν καλὸν τοσούτους τε-*

---

[1]) Infelicior etiam Hertzbergius Ztschr. f. A. 1847 p. 139.

[2]) Ita correxi quod vulgo legitur οἷά περ ἀγνώσσων περιδέδρομεν.

[3]) Nec minus Callimachum insigniter decerent eorum nonnulla, quibus Morrhei amores narrantur Dion. XXXIII 180 sqq.

τοξευκότα τῷ κάλλει μιᾶς ἀκίδος ἐρωτικῆς πειραθῆναί ποτε καὶ γνῶναι σαφῶς, οἷα πεπόνθασιν οἱ δι' αὐτὸν τραυματίαι. in his duos mihi videor Callimachi sensus haud aegre dispicere etsi ab Aristaeneto paene extinctione tenus obscuratos. nam primum conligo e verbis *τετοξευκότα* et *μιᾶς ἀκίδος* ut in eam sententiam adscitis, poetam e more suo in explicando Aconti nomine lusisse ita, ut illum diceret omnes formae suae veluti stimulis *ἀκοντίσαι.* qua de consuetudine cum nihil dum observatum videam paucis erit exponendum. etenim is cuius illam erat observare et comprobare, Lerschius in libro *die Sprachphilosophie der Alten III p. 3 sqq.*, perpauca istius modi inveniri asseverat (p. 10) in poetarum Alexandrinorum reliquiis, et ipsius quidem Callimachi duos profert locos, in Dian. 198 sq. et in Del. 39, ne idoneos illos quidem admodum.

Nempe enim Graeci, quibus inditum fuit, ut subtili quavis arte rerum cogitatione vel inter se iungendarum vel ex se vicissim explicandarum mirifice delectarentur, vel nulla veritatis ratione habita, omni aetate commenticias tales nominum originationes valde frequentarunt. quas postquam iam Homerus exercuit, qui Protesilai *B* 702 [1]), Astyanactis *Z* 403, Alcyonae *I* 561, Odyssei *τ* 407 nomina [2]) ex ipsorum vitis explicat, idem deinceps cultum est studium a poetis maxime epicis (cf. Huschki anall. litter. p. 331) ac tragicis (cf. Elmsleium ad Eurip. Bacch. 508), passim etiam lyricis (cf. Schneidewinum ad Ibyc. p. 144 sqq.). ac ne historici quidem his abstinuerunt lusibus. solertissimi vero fuere in eis excogitandis prodendisque grammatici, tametsi sciri nequit, quot hi

---

1) Cf. frg. Protesilai Euripideae apud Nauck. frgg. trag. p. 443 sq., Hygini fab. 103, anth. P. VII 385.

2) Procul enim habenda sunt quotquot agnominationis (*παρονομασίας*) exempla extant Homerica. quorum e numero haec sunt: *B* 758 *τῶν μὲν Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν,* ubi v. scholia, *H* 220 *ὃ οἱ Τυχίος κάμε τεύχων,* *θ* 493 *τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ*, cll. Eustath. p. 125, 29. congruunt enim hiscum: *B* 131 et *I* 544 *πολλέων ἐκ πολίων,* *θ* 481 *φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν.* Sophocles Oed. r. 397 *ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους.* Callim. in Dian. 204 *Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι,* cll. in Del. 325 *ἱστίη ὦ νήσων εὐέστιε.* nec minus ea segreganda nomina, quae Lehrsius denotat Arist. p. 274 quaeque his sunt affinia.

nominum propriorum veriloquia poetis debeant[1]). et ut veniam ad Alexandrinos, quos feracissimos fuisse horum artificiorum credere par est, paucula hoc genus praebent Euphorio (frg. 56, 66, 108 Mein. anall.) et Theocritus (XXVI 26 de Penthei nomine, quod invenit fortasse Chaeremo frg. 7 atque imitati post Theocritum sunt Oppianus cyn. IV 305 et Nonnus Dion. V 555, cll. XLVI 73 sq. cf. etiam Theocr. VII 99 sq.). quibus subiungo poetam etym. m. p. 94, 42: *Ἀμφιτρύων· ὁ περισσῶς τρωθεὶς καὶ πονηθείς, ὁ ἥρως· παρὰ τὸ τρύος ὅ ἐστι πόνος· οἷον καὶ*

πολὺ τρύος ἤλασεν ἔξω

quod frg. non verbi *τρύος* caussa allatum, sed quo Amphitryonis nominis etymologia comprobaretur. Prellerus gr. myth. II p. 177 n. 3: *Ἀμφιτρύων von τρύω ich ermüde und dem verstärkenden ἀμφί, also der ganz Ermüdende* e. q. s.[2]). quod si ita est, vides bene rem suam administrasse poetam incertum, quem ego confido fuisse Philetam. nam e corrupto *φυλάσσεται*, quod in etymologico illud frg. excipit, nil aliud eruo, conlatis variis scripturis *φῠ*, *φυ*, *φυλά*, cum eodem compendio *Φιλητᾶς* scripserint librarii. cf. Basti comment. palaeogr. p. 848.

Sed aliquam multa habet talia Callimachus[3]). praeter ea enim, quae Lerschius attulit, huc facit in Del. 51 sqq. et quodam modo in Dian. 204 (cf. Prellerum gr. myth. I p. 229 sq.). at multo insigniora haec sunt: etym. m. p. 319, 43: *Ἑκάλη· ἡ ἡρωΐς· εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος· ἡ πρὸς ἑαυτὴν πάντας καλοῦσα* e. q. s.[4]) (cf. Suid., etym. Gud. et Cra-

---

[1]) Ea de re qui generatim disseruerunt invenies citatos ab Iahnio Palamed. p. 60. similes lusus qui sunt in epitaphiis memorantur a Welckero syllog. p. 83 aliisque.

[2]) *Zu Alkmene passt der ihrem Gatten gegebene Name, Ἀμφιτρύων, der Ackersmann, der schwer arbeitende e. q. s.* Welckerus gr. Götterl. II p. 752.

[3]) Itaque hac etiam in re illum Nonnus aemulatus est. cf. Dion. I 397 cll. III 375, XLI 332, III 284 sq., V 70, XXXVIII 31, XLVIII 257, alia.

[4]) Quae interponunt corrupta codd. D et P post *Καλλίμαχος*: *παρὰ τὸ εἰς κάλλη ἢ εἰκάλην πρὸς ἑαῠ προτρε̆ φιλ γὰρ ὡς καὶ καλήσιος ἑκάλη οὖν*, ea adiuvante docto aliquo amico ita expedii: *παρὰ τὸ*

meri anecdd. Ox. II p. 436 s. v. Ἑκάλη). quo pertinet Callimachi frg. 429:

τοῦτο γὰρ αὐτὴν
κωμῆται κάλεον περιηγέες

et frg. 41:

τῖον δέ ἑ πάντες ὁδῖται
ἦρα φιλοξενίης· ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήιστον.

cf. Naekium Hec. p. 18 sq. et 101 sqq. — et in Crameri anecdd. Ox. IV p. 403: Ἀχιλεὺς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄχος εἶναι Ἰλεῦσιν (sic) ἤγουν τοῖς Τρωσὶ κατὰ φερωνυμίαν· ὑπὸ γὰρ θείας προνοίας, ὡς ἔφη Καλλίμαχος, ἐκλήθη οὕτως. quae eadem fere Eustathius habet ad Il. p. 14, nisi quod pro Callimachi nomine ponit καθά τις ἔφη.[1]) eodem loco memorandum Callimachi est frg. 61 ex Hecala depromptum, quippe quo ad notam illam de Erechthei vel Erichthoni origine obscaenam fabulam huius nomen revocetur. quamquam hanc etymologiam frequentatam admodum num Callimachus primus invenerit, dubitatio esse potest. cf. Prellerum mythol. I p. 158 n. 2, Heynium ad Apollod. III 14, 6, Naekium Hec. p. 69. his porro nominum lusibus adnumero Callimachi frg. quod extat apud Herodian. de dict. solit. XLII 27: λέγεται δὲ (ἄτη) καὶ τρισυλλάβως ἐν συστολῇ τοῦ α, ὡς. παρὰ τῷ Κυρηναίῳ

εἴτε μιν ἀργείων χρὴ μὲν καλεῖν ἀάτην

quae Lehrsius ad h. l. corrigit εἴτε μιν Ἀργείων χρὴ καλέειν ἀάτην, Heckerus comm. de anth. 1843 p. 200 εἴτε μιν Ἀργείων χρῆν με καλεῖν ἀάτην, optione tamen data inter χρῆν et χρή, quorum posterius amplectuntur Bergkius anth. lyr. p. 131, O. Schneiderus prolegg. in aet. p. 16, Rauchius die frgg. d. Ait.

εἰσκάλη ἢ εἰκάλη, ἡ πρὸς ἑαυτὴν προτρέπουσα· φιλικὴ γάρ· ὡς καὶ Ἑκαλήσιος· Ἑκάλη οὖν e. q. s.

[1]) Aliam eiusdem nominis originationem eamque haud profecto elegantiorem producit Euphorio frg. 56 ubi v. Meinek. in analectis. utramque simul profert scholiasta ad Il. Α 1, pronior ille in Callimacheam. eam contra Euphorionis suam faciunt Suidas et schol. Il. Π 37. ac plura etiam eius nominis proponuntur veriloquia etym. Gud. p. 99, 33 et etym. m. p. 181, 25. etymologiam plane suam vendit Ptolemaeus nov. hist. in Photi bibl. I p. 152 b 31 Bekk.

p. 66. interpretantur autem vulgo[1]) haud improbabiliter de Helena praeeunte Lehrsio l. c. atque probante nunc Nauckio Eurip. Studien II p. 159, qui perapte contulit versus Eurip. Troad. 940 sqq. ita a se refictos:

ἦλθ' οὐχὶ μικρὰν θεὸν ἔχων αὑτοῦ μέτα
ὁ τῆσδε λῃστής, εἴτ' Ἀλέξανδρον θέλεις
ὀνόματι προσφωνεῖν νιν εἴτ' ἀλάστορα.

eque his conlegit, Callimachum forsan scripsisse:

εἴθ' Ἑλένην δὴ
εἴτε μιν Ἀργείων χρὴ καλέειν ἄτην.

at in priore membro videtur aliquid reconditius ac subtilius fuisse, cui ἄτη similiter opponeretur atque illic Ἀλέξανδρος ἀλάστορι. nam Ἀλέξανδρον constat esse propugnatorem. ceterum cf. Aeschylum Ag. 686 sqq. et ipsum in Helenae nomine ludentem.

Callimacho facile etiam attribuendi versus sunt anonymi poetae etym. m. p. 665, 45, quos Meinekius anall. Alex. p. 100 fortasse Euphorionis esse censuit:

τὸν μὲν καὶ Περσῆα μετεκλήϊσσαν Ἀχαιοί,
οὕνεκεν, ἄστεα πέρσεν ἀπειρεσίων ἀνθρώπων.

Finitimi sunt atque adeo gemini sed suapte natura minus futiles conatus interpretandi vel cognomina deorum vel nomina locorum. veluti verum poeta videtur perspexisse in Dian. 205, si quidem haec non mera est agnominatio. cf. Prellerum gr. myth. I p. 229 sq., Welckerum gr. Götterl. II p. 394 sq. nec inepte nomen derivat Deli insulae in Del. 51 sqq., quibus conspirat fere Aristoteles Plin. n. h. IV 12 (22). infelicior est in Dian. 197 sqq. de Diana Dictynna disserens. cf. Prellerum l. c. I p. 242 Hoeckium Kreta II p. 167. alia in Iov. 44 sq., in Apoll. 99—103, in Del. 36 sqq., frg. 32 (cf. O. Muellerum prolegg. p. 157 Dor. I p. 204 sq., Prellerum l. c. I p. 220 n. 2), frg. 213, quocum cf. Hesiodi frg. apud Steph. Byz. s. v. Παρθένιος[2]). praeterea aliquo

---

[1]) Mirifice Heckerus l. c. de peste Argivis ab Apolline immissa intellegit.

[2]) Versum enim ὥς ἀκαλὰ προρέων ὡς ἀβρὴ παρθένος εἶσι non Partheni esse, quod Meinekius anall. Alex. p. 292 suspicatus est, sed Hesiodi, monstrat. etym. m. p. 44, 35 cod. Va. addendum igitur hoc frg. cum aliis multis cohlectionibus nostris fragmentorum Hesiodi.

modo etiam frg. 184 huc pertinet. ac simile quid Callimachum in Asinensium nomine frg. 151 memoratorum molitum esse, ex eis concludo quae in etym. m. s. h. v. disputantur cum frusti illius mentione coniuncta. cf. et Hesych. s. v. *Ἀσίνη*. denique Callimacho Hemsterhusius ad frg. 19 distichon vindicavit sine auctoris nomine allatum etym. m. p. 372, 4:

κεῖθι δέ οἱ πρώτη μαζὸν ἐπέσχ' ἐρίφη
χωρὶς ἀπ ἀνθρώπων καὶ ἐπωόμασ' Εἰραφιώτην

idemque videtur Cobeto ad h. 1 et Heckero comm. de anth. 1843 p. 186. — quod inventorum genus iam vides manasse ex studio illo aetiologico Graecis penitus ingenito, sed Alexandrino aevo artificiosius curiosiusque exculto.

Verum redeo ad Acontium, in cuius nomine Callimachum ea qua dixi ratione lusisse tum Aristaeneti verbis supra denotatis tum poetae usu modo comprobato veri simile evincitur. at enim, hoc ut addam, vera nominis originatio, licet nec Buttmanno nec recentiorum cuiquam observata sit, haud puto latuit Callimachum. namque *Ἀκόντιος* aperto derivandum ab *ἀκοντίζειν*, nomine ab re facta, cum Acontius iaculator sit, scilicet pomi iaculator[1]). quod cur dicam non fugisse Callimachum, hanc mihi scito caussam esse. Ovidius[2]) enim, qui

---

[1]) Lucian. dial. meretr. XII 1: *τέλος δὲ τοῦ μήλου ἀποδακὼν . . . προκύψας πως εὐστόχως προσεκόντισας ἐς τὸν κόλπον αὐτῆς.* Aristaen. I 25: *Πάμφιλος δὲ τοῦ μήλου μικρὸν ἀποδακὼν εὐστόχως ἠκόντισεν εἰς τὸν κόλπον ἐκείνης.*

[2]) Ovidianas quando dico epistulas XX et XXI hoc non nisi commodae brevitatis caussa fieri monitum volo. illas enim ab Ovidio scriptas non esse eos quoque ipsos, qui Ovidi epistulas et editas esse et hodie legi censeant plures illis quae amor. II 18, 21 sqq. notantur, docebit tum indoles epistularum Aconti et Cydippae tum quae heroidum libri videtur esse dispositio. namque mutuarum epistularum XVI —XXI nulla ab Ovidio est composita. at tamen utriusque epistulae auctor non solum diligenter se insinuavit in Ovidi dictionem atque artem, sed ne potest quidem nisi proxime ab huius aetate afuisse. et quidem epistulae XXI totius auctorem non minus quam epistulae XXI Callimachi Cydippa usum esse, praesenti disputatione extra dubitationem reponetur. quo si aliud nihil hoc certe consequar, ut eorum *ineptam superstitionem qui . . . eos versus, qui apud Heinsium his numeris notati sunt, XVI 39—142 XXI 13—248 noluerint aut eicere aut circumscribere* (cf. Lachmannum ind. lectt. Berol. aest. 1848 p. 1) aliqua tenus ex-

in epistulis Aconti et Cydippae totum fere sese applicuit ad Callimachi elegiam, ita illam facit dicentem XXI 209 sqq.

mirabar, quare tibi nomen Acontius esset:
quod faciat longe vulnus acumen habes.
certe ego convalui nondum de vulnere tali,
ut iaculo scriptis eminus icta tuis.

vides Latinum poetam, cum Graecae originationis commodam facilitatem aequare non posset idemque lumen istud nollet relinquere, scite ita se expediise, ut ad explicandum Aconti nomen *acumen* adscisceret perapta usurpatum ambiguitate. tametsi eis quae secuntur, maxime *iaculi* mentione, consideratis de Graeco exemplo dubitatio residere nequit. sentio igitur ita. Callimachus poetatus est Acontium ἀκοντίσαι tum pulcritudinis suae aculeos in crebros admiratores, tum in Cydippam postea fatale illud pomum.

---

cusem. nam Merkelus qui de Ovidio optime meruit, puto ne *ineptam superstitionem* amplecti videretur, versu 12 conclusit epistulam XXI, relicuos versus, quia desunt in antiquioribus codicibus, ne inclinatis quidem litteris impressos in suo Ovidio legi passus, in quo honore Sapphus certe epistulam habuit. putavitne igitur tales versus ex Itali nescio cuius officina prodire potuisse? certe eam Lachmanni et Merkeli mentem fuisse alii conlegere. at hanc vero sententiam vel una Maximiani imitatio nondum animadversa convelleret, eleg. I 254: *parva licet magnum pallia pondus habent.* cf. Ov. ep. XXI 170: *et gravius iusto pallia pondus habent.* unde probabiliter concludas, a Maximiano Ovidi prae ceteris diligenti imitatore epistulam XXI ut Ovidianam esse lectitatam. sunt tamen et in ipsa nuce elegia non post Augusti Tiberive tempus scripta quaedam similitudinem non fortuitam cum versibus epistulae XXI quibusdam habentia, in quibus hanc quam illam exemplo fuisse veri similius est. cf. ep. XXI 7 et nuc. 121, ep. XXI 181 et nuc. 5. spretorum autem 236 versuum optime nuper rem suscepit Lucianus Muellerus l. c. p. 43 sqq., qui omnino de tota hac quaestione ea subtiliter disputavit, quibus me iudice ratio fere contineatur huius materiae recte tractandae. ac clamat etiam codicum condicio a nobis in praefatione ad XX et XXI explanata, quam non vere nuper repetierit Bernhardyus roem. Lit. (ed. IV) p. 527: *die diplomatische Tradition bricht bei 21, 12 ab.* ceterum epistulae Aconti et Cydippae duorum aperto sunt auctorum. namque XXI multo inelegantioris atque immaturioris est ingeni. probabile vero est, inter auctores epistularum XVI et XVII, XVIII et XIX, XX et XXI eandem rationem intercessisse atque inter Ovidium et Sabinum.

Verum in paraphrasis verbis supra commemoratis alterum retegendum genuinae Callimachi artis vestigium atque adeo totius fabulae aliquod veluti lineamentum, ab inscita sophistae manu propemodum radicitus inductum ac deletum. etenim fabulatores veterum erotici, qui deum sagittiferum producere numquam omittunt, dum ignem amoris quam flagrantissimum et furorem paene exitiosum quocumque modo cumulatum depingunt, inde illum amant repetere, quod fastidiosius antea ipse spreverit adulescens virgove amantes atque Cupidinis Venerisque potestatem eluserit. Tibullianum igitur illud I 8, 69 sq. *sunt numina amanti | saevit et iniusta lege relicta Venus* vel Nonni Dion. XVI 294 *εἰσὶ καὶ ἱμείροντος Ἐριννύες* Graeci permultis comprobarunt fabulis funesti plerumque exitus, de quibus non invenio qui melius disputaverit quam Welckerus alte Denkm. IV p. 164 sqq. cf. et Böttigerum kl. Schr. I 159 sqq. qui vero amantes sui non perditos perdidere, at elata animi duritie vexavere et cruciavere, ei plerumque iusta compensatione ipsi posthac a Veneris et Cupidinis potestate vexantur crucianturque amoris quam acerrimo impetu[1]), ut ait Tibullus I 8, 7 sq. *deus crudelius urit | quos videt invitos succubuisse sibi.* qua eroticorum consuetudine computata ubi accuratius pensitaveris sophistae verba *οἱ δὲ φιλοθεάμονες* usque ad *διέφηκε τὸ βέλος*, concedes, talem a Callimacho descriptum videri Acontium. non habeo autem, qui plus valeat ad eam rem exemplo suo comprobandam, quam Xenopho Ephes. I 1, 5 sq. — 2, 1: *Ἔρωτά γε μὴν οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεόν, ἀλλὰ πάντῃ ἐξέβαλεν οὐδὲν ἡγούμενος, λέγων ὡς οὐκ ἄν ποτέ τις ἐρασθείη οὐδὲ ὑποταγείη τῷ θεῷ μὴ θέλων· εἰ δέ που*

---

1) Nonn. Dion. XV 169 sqq. Nicaea, XLVIII 241 sqq. Aura utraque et Veneris contemptrix et Dianae cultrix ab illa puniuntur erepta per somnum virginitate. omnino frequentatum id in hoc genere, ut iuvenes vel puellae Venerem atrocius despicientes castae simul Dianae sint asseclae, Hippolyti exemplo inlustrissimo. qualis Daphne est Ov. met. I 452 sqq. et Parthen. 15 (cf. Paus. VIII 20), Syrinx Ov. met. I 692 sqq., Narcissus ibid. III 353 sqq. et Philostr. imagg. I 23, Cycnus Antonin. lib. 12 e Nicandro, Arethusa Paus. V 7, 2, Rhodopis et Euthynicus Achill. Tat. loco supra paullo mox notando. Theocr. XXVII 15 *χαιρέτω ἁ Παφία· μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.*

ἱερὸν ἢ ἄγαλμα Ἔρωτος εἶδε, κατεγέλα, ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν Ἔρωτος παντὸς καλλίονα· καὶ εἶχεν οὕτως· ὅπου γὰρ Ἁβροκόμης ὀφθείη, οὔτε ἄγαλμα καλὸν ἐφαίνετο οὔτε εἰκὼν ἐπῃνεῖτο. μηνίει πρὸς ταῦτα ὁ Ἔρως e. q. s. similia Achill. Tat. VIII 12 (cf. I 5 et II 1), Heliodorus III 17, et de Atalanta Milanioni amata Musaeus de Her. 153 sqq.

Quae cum ita sint, probabiliter huc referre mihi videor frg. adespoton, quod conservavit Ioann. Alex. p. 27, 22:

εἰ μέντοι ἐν τέλει στίχου εἴη (ἡ πρόθεσις) ἢ ἁπλῶς ἐν τέλει ὀνόματος, μεθ' ἣν τίθεται στιγμή, ἀναστρέφεται πάντως, οἷόν ἐστι, τῶν πάντων δ' ἔπτυσε πολὺ κάτα· ἀναστρέφομεν γὰρ τὴν πρόθεσιν, τοῦ ἑξῆς ὄντος κατ' ἔπτυσε. schol. Il. *E* 283: *ἔπτυσε πολὺ κάτα.* eademque habet Apollon. de synt. p. 305, 12. corrigas:

V *τῶν πάντων δ' ἔπτυσε πουλὺ κάτα.*

ac video hoc frg. Callimacho vindicare et Bergkium poett. lyr. p. 1075 et Rauchium d. aitia p. 54 n. quod quin recte sit factum eo minus dubito, quo illi similius decurrit Callim. frg. 150:

πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὧρον ἄπο.

Cunctos igitur illos amatores, vel cupide sectantes in ludum balneumque vadentem, vel cottabo sollicite concertantes, vel vestigiis suis ipsorum pedes delicatius infigentes, cunctos illos vehementer sprevit Acontius.

Haec pro certis videntur sumi posse. ea autem iuvat aliqua exornare coniectura ut minus explorata ita haud sane improbabili.

Callimachi frg. 239 (cf. schol. ad Plat. p. 206 d)

VI *ζορκός τοι, φίλε κοῦρε, Λιβυστίδος αὐτίκα δώσω*
πέντε νεοσμήκτους ἀστρίας[1])

veri admodum simile est verba continere a Venere ad Amorem dicta. *ἀστραγάλαι δ' Ἔρωτός εἰσιν μανίαι* ait Anacreo frg. 47 (44). ac satis etiam notus est et Apolloni in Argonauticis narratio de Amore cum Ganymede talis ludente et statua Amoris *ἀστραγαλίζοντος* a Levezowio in Böttigeri Amalthea

---

[1]) Lucian. amor. 16 *τέσσαρας ἀστραγάλους Λυβικῆς δορκός.* — improbabilia excogitavit Rauchius d. aitia p. 51.

I p. 175 sqq. tractata. cf. Lucian. dial. deor. 4, 3, Asclepiad. anth. P. XII 47, Meleagr. ibid. 47. nec minus opinor probabile est, cum illis verbis frg. 238

δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λάτρον VII

ita olim cohaesisse, ut quae supra promittebatur merces (*λάτρον*) hisce duplicata iam narraretur esse expensa. hoc est, si quidem Cupidinem appellari recte sumus suspicati, expectationem agendo longe ille superavit. iam vide, quam egregie haec in praesens argumentum quadrent. a filiolo blande petiit *pectora dura perosa Idalie*, ut Acontium iuvenem in paucis formonsum atque contumacem ulcisceretur suique regni potestatem huic despectam insigniter probaret. dicto ille obediens tam fortiter et ingeniose rem gessit, ut pro quinque quos mater pollicita esset decem talos acceptos ferret. en habes machinam eroticam posterioribus prorsus consuetam. ac facile Callimachus eam rem uberius expingens domesticae scaenae expressit imaginem, qualem in eodem argumento versantes praebent Apollonius III 111 sqq. et Nonnus Dion. XXXIII 55 sqq. certe illas cum Alexandrini tum vero Callimachus vehementer adamarunt. et is quidem huc maxime inclinat, ut ea quae fere apud mortales inter parietes agantur ad Olympum transferat. veluti celeberrimus est locus de Mercurio atro cinere tincto, qui deorum liberos, quando male se gererent, *Μορμοῦς* instar perterrefaceret, in Dian. 66 sqq. similia in Dian. 4 sqq., 72 sqq., 142 sqq., praeterea cf. in Cer. 73 sqq. plura vero ab Apollonio l. c. ut saepe alias e Callimacho esse sumpta, in his ipsum forsan talorum ludum, etsi parata suspitio est, tamen anceps admodum fuerit coniectura.

Itaque Amor quam poterat acerrime arcu contento vulnus adulescentulo inflixit non iucundum amplius illud vel quod dicunt *γλυκύπικρον*, immo vero acerbissimum.[1]) scilicet *ὅσον*

---

[1]) Mirifico modo haec non intellexit Cobetus in sua Aristaeneteae paraphrasis paraphrasi eum ad finem composita, ut hoc probaret specimine *argumenta et scribendi genus puerile in Aegypto nata esse* (cf. mnemos. IX p. 150). nam ita exprimit ista (l. c. p. 152): *in talem igitur puerum Amor arcum intendit. sed οὐ μετρίως . . . τὰ τόξα, summa*

εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα σφοδρότατα διέφηκε το βέλος. comparari potest Ovidi versus rem. 435 sq. *adtrahet ille puer contentos fortius arcus* e. q. s. cf. ibid. 702.

Voluit autem Cupido deperire Acontium Cydippae desiderio. quare illam primum spectanti iaculum suum infixit, quem locum eum fere in modum Callimachus tractaverit, quo Nonnus Dion. XVI 8—13. iamque perdito statim amore correptus ut vidit virginem in Artemisio *προκαθημένην* Cupidine ipso praecipiente vaferrimam machinationem commolitus est. — in his Aristaenetus perincommoda dicendi brevitate utitur. nimirum rhetor iste extrema tantum fabulae lineamenta quaedam subitaria opera arripuit, circa eos solos uberior locos, qui veneribus suis ipsum prae ceteris caperent. veluti liberalior est in reddendo Aconti sermone amatorio. contra plane recidit, ut alia nunc mittam, omnes locorum et personarum definitiones, quas Callimachus ex more suo docte et curiose explicasse credendus est. ita isto quoque loco quam poeta inseruerat narrationem totam oppressit paraphrasta. eam igitur, ut poterimus, iam reconcinnemus.

Hac enim in parte fabulae lineamentis, quae Latini poetae prorsus ex arte Ovidiana epistulis Aconti Cydippaeque et maxime quidem XXI 65—114 interposuerunt, religiose et accurate est utendum, quoniam illi ipsi procul dubio secundum Callimachum religiose accurateque omnia adumbrarunt. neque enim ullum narrationis momentum, nisi si quod forte cum scribendi fictione cohaerebat, novarunt. quod quidem quo minus admitterent vel eo prohibebantur, quod fabulae forma per Callimachum expressa et celebrata omnium memoriae inhaerebat, ut huic ipsi in vulgus notae suas superstruerent epistulas. et omnino Ovidius cum suis in singulis epistulis ad unius auctoris rationem totum sese applicuisse putandus est. eumque in duabus illis epistulis Callimachum fuisse certissimum est. cuius elegia quam cupide a posteritate sit lectitata quamque vehementer celebrata, et Ovidi demonstrat

---

virium intentione connixus, ut non esset amplius iucunda res, sed dura et molesta arcu uti. talia si scripsisset Callimachus, esset sane *homo puerilis et ineptus* (cf. mnemos. X p. 391). at non scripsit.

versus ille Homeri Achillem Cydippae opponens Callimachi, et trist. III 10, 73, denique praeter fragmentorum si universe iudicas sat magnum numerum epigramma vetustum, quod emendatius nunc legitur inter Priapeia a Buechelero Petronio adiuncta XVI (cf. Meyeri anth. lat. II 1631):

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis,
qualibus Hesperidum nobilis hortus erat,
qualia credibile est spatiantem rure paterno
Nausicaam pleno saepe tulisse sinu,
quale fuit malum quod littera pinxit Aconti,
qua lecta cupido pacta puella viro est:
talia nunc pauper dominus florentis agelli
imposuit mensae, nude Priape, tuae.

ac si ipsa uteremur elegia superstite, summo opere miraremur fortasse, quot inde lumina amatorii potissimum sermonis, quot sententias elegantiores ac locos communes poetae cum Graeci tum Latini scriptoresque Graecorum erotici petierint. quode hodieque coniecturam facere licet e vestigiis perquam exilibus.

Quodnam igitur Artemisium intellegitur ab Aristaeneto? bene multa enim extitere Artemisia. quae inter unum fuit Dianae templum Deliacum ab Herodoto memoratum IV 34 et 35, unde hausisse videtur Clemens Alex. protr. III 45 p. 39 Pott. atque hoc ipsum Artemisium ab Aristaeneto denotari Ovidius quem dicunt docet nos planissime ep. XXI 65 sqq. at nec Acontius nec Cydippa habitabant Deli. namque haec ille scribit ep. XX 221 sqq.

insula Carthaeis quondam celeberrima nymphis
cingitur Aegaeo nomine Cea mari.
illa mihi patriast. nec, si generosa probatis
nomina, despectis arguor ortus avis.
sunt et opes nobis, sunt et sine crimine mores,
amplius utque nihil, me tibi iungit amor.

Cydippae quae fuerit patria, non ita aperte indicatur, at certa potest ratiocinatione enucleari. eaque haud latuit Buttmanni sagacitatem l. c. p. 118 sq. ita disputantis:

Die Heimath der Kydippe ist nicht angegeben. Denn dass nicht etwa auch sie aus Keos war, wenigstens nach Ovids Darstellung nicht, das beweisen die gleich anzufuehrenden Verse, worin Akontios ihr sein Vaterland nennet. Indessen laesst Ovid sie von ihrer Seefahrt nach Delos erzaehlen; nur dass er mit einer fast ein wenig zu poetischen Freiheit die Folge der Inseln, woran sie vorbeifuhr, gerade umkehrt [XXI 81 sq.]:

et iam transieram Myconon iam Tenon et Andron,
inque meis oculis candida Delos erat.

Das ist gerade die Richtung, in der man Delos verlaesst: denn Mykonos laesst sich in Delos fast mit der Hand ablangen. Aber das ist auf jeden Fall klar, dass die Reihe der Inseln in der Richtung liegt, in welcher Kydippe nach Delos kam. Nun fuehren aber die Inseln selbst gerade nach der Suedspitze von Euboea, folglich die Wasserstrasse ihnen zur Linken zunaechst nach Attika; und links eingebogen ist es der gewoehnliche Weg von Delos an Sunium vorbei nach Athen. quorum fidem non imminuit auctoritas Loersi Ovidi epistularum editoris, qui in adnotatione ad locum illum Ovidi obloquitur ne una quidem caussa adiecta. quin etiam hoc ipsum, cur subdiffideres Buttmannianae rationi, id in Ovidio certe, ad cuius exemplum haec epistula accurate composita est, ne insigne quidem habendum. hunc enim omnino observavi haud anxie geographiae curare veritatem in percensenda locorum regionumque serie. veluti Arethusa talia narrat met. V. 607:

usque sub Orchomenon Psophidaque Cyllenenque
Maenaliosque sinus gelidumque Erymanthon et Elin
currere sustinui.

quibus urbium montiumque nominibus vide mihi quam mire implexa et implicata linea notetur. nam cum cetera perturbate ac sine ordine vel iuncta sint enumeratione vel disiuncta, hoc maxime est notabile, Cyllenen ac Maenalios sinus interponi Psophida inter et Erymanthum, quando quidem Psophis urbs in ipsis radicibus Erymanthi sita est, Cyllene vero itemque Maenali sinus magno inde terrarum spatio discernuntur[1]).

[1]) Non inobservatum hoc Hauptio, qui haec adnotavit: *In der Auf-*

quam porro ima summis mixta sunt in urbium enumeratione quae est VI 412 sqq. et inordinata etiam fluminum series I 579 sq., atque insularum VII 461 sqq. quamquam fortassis poeta, quod ad versum illum pertinet, immunis habendus a neglegentiae crimine, si quidem exigi ille potest ad consimilis rationis exemplum, quod est met. VIII 220 sq.

et iam Iunonia laeva
parte Samos fuerat, Delosque Parosque relictae.

quae insulae recto itinere procedenti sic erant percensendae: *Paros, Delos, Samos.* quamquam hoc sane loco paullo planior eo res est, quod Delos Parosque dicuntur relictae[1]). denique ut omnia comprehendam, difficultas nominum in versum cogendorum poetam permovisse videtur, ut vel ageret minus accurate vel, quod veri videtur similius, insolentiorem nec vero ipsi Ovidio inconsuetam adscisceret loquendi rationem.

Iam si anquires, quid tandem fuerit, quod Acontium Ceum, Cydippam Atheniensem cum suis Delum simul adduxerit, hoc quidem ex Ovidianis non continuo liquet. at duae statim res subeunt eodem suspitionis ferentes. solent enim amatorii scriptores tantum non omnes eo uti artificio ex vitae veterum privatae condicione ducto, ut amantes in sacrorum religione publice obeunda ac per sollemnia celebranda primum sese conspexisse narrent[2]). qua de re disputarunt Dorvillius ad

---

zaehlung der arcadischen Staedte Orchomenos und Psophis, und der arcadischen Gebirge Cyllene, Maenalon, Erymanthos kuemmert sich Ovid eben so wenig um Lage und Entfernung, als wenn er den Alpheios in die Naehe des stymphalischen Wassers bringt.

[1]) Indidem ex parte expediendae fortasse difficultates met. XIV 101—105, ubi quae extare videtur locorum perturbatio iam Glareano molestias creavit.

[2]) Cf. Il. *Π* 181 sqq. de Mercurio et Polymela, schol. Hom. *I* 557 de Ida et Marpessa, schol. *γ* 91 de Neptuno et Amphitrita, Plut. Thes. 31 de Ida cum Lynceo et Helena, Eurip. Hipp. 44 sqq. et Ov. her. IV 67 sqq. de Hippolyto et Phaedra, eund. met. II 708 sqq. de Mercurio et Hersa, Musaeum 42 sqq. de Herone et Leandro, Antonin. Lib. 1 e Nicandro de Hermochare et Ctesylla, Parthen. 9 de Diogneto et Polycrita (cf. Plut. de mulier. virtutib. 17), ac similia fere Aristaen. I 15. dein cf. Heliod. III 5. VII 2. Charit. I 1, 4 sqq. II 5, 1 sqq. Xenoph.

Charit. (ed. Reiskius) p. 208, Peerlkampius ad Xenoph. Ephes. p. 86 sq., O. Iahnius archaeol. Aufss. p. 149, 6, idem archaeol. Beitr. p. 30, C. F. Hermannus gottesdienstl. Alterth. § 43, 8, Beckerus Charikl. III p. 257. 265. Xenophon Ephes. qui eo artificio immodice utitur talia narrat: I 2, 2 sqq. *ἤγετο δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἐπιχώριος ἑορτὴ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερόν· στάδιοι δέ εἰσιν ἑπτά· ἔδει δὲ πομπεύειν πάσας τὰς ἐπιχωρίους παρθένους κεκοσμημένας πολυτελῶς καὶ τοὺς ἐφήβους, ὅσοι τὴν αὐτὴν ἡλικίαν εἶχον τῷ Ἁβροκόμῃ. ἦν δὲ αὐτὸς περὶ τὰ ἓξ καὶ δέκα ἔτη καὶ τῶν ἐφήβων προσήπτετο καὶ ἐν τῇ πομπῇ τὰ πρῶτα ἐφέρετο. πολὺ δὲ πλῆθος ἐπὶ τὴν θέαν, πολὺ μὲν ἐγχώριον, πολὺ δὲ ξενικόν· καὶ γὰρ ἔθος ἦν [ἐν] ἐκείνῃ τῇ πανηγύρει καὶ νυμφίους ταῖς παρθένοις εὑρίσκεσθαι καὶ γυναῖκας τοῖς ἐφήβοις.* ac Musaeus de Her. 51 sq. obicit adulescentulis:

ἦ γὰρ ἐκεῖνοι
αἰὲν ὁμαρτήσαντες, ὅπη φάτις ἐστὶν ἑορτῆς,
οὐ τόσον ἀθανάτων ἀγέμεν σπεύδουσι θυηλάς,
ὅσσον ἀγειρομένων διὰ κάλλεα παρθενικάων.

et vero alterum continuo succurrit hoc, Delum fuisse insulam in primis sacram, celeberrimis sollemnibus universae paene Graeciae frequentatam. quae enim Strabo narrat X p. 85: *ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν (Δῆλον) αἱ περιοικίδες νῆσοι, καλού-*

Ephes. praeter locum supra appositum III 2, 3. V 1, 5. Theocr. II 68 sqq., Alciphr. III 1 et 67, Aristaen. II 2, Menandr. frgg. com. IV 243, Plaut. Cist. I 1, 91 sqq. sed ne a novicio quidem tempore haec plane aliena. v. Dunlopium Gesch. d. Prosadichtungen bearb. v. Liebrecht p. 9 et Iacobsium verm. Schr. IV p. 257. at maxime notabilis est locus fabulae Caesaris Cantu *Agnese oder die Gesellschaft im Stalle,* quam novi tantum ex versione Adalberti Kelleri italiaenischer Novellenschatz VI, ubi haec leguntur p. 208 sq. *In jener Zeit galt die Froemmigkeit noch weit mehr, als jetzt; am Charfreitag Abend hielt man einen schoenen Vmgang, wobei die jungen Bursche und die Maedchen das Mysterium vom Leiden Christi darstellten mit dem Juden, Pilatus und dem Cyrenaeer, welcher dem Heiland beistund, und den Marien, welche ihn beweinten, und Allem. Agnese kleidete sich als Magdalena, denn sie hatte den vollsten Haarwuchs, den sie frei über den Ruecken wallen liess. Wer sie sah der rief: O, die schoene Magdalena!* haec et ea quae secuntur tam mirifice congruunt cum Xenoph. Eph. I 2, eo ut Caesarem Cantu usum esse me iudice dubium non sit.

μεναι Κυκλάδες, κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ θεωρούς τε καὶ θυσίας καὶ χοροὺς παρθένων πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας, haec aliquanto latius patebant. nam sacra Deliaca certum est non Cycladum incolarum fuisse propria[1]), quod testatum facit Thucydides III 104: *ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν· ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες, καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός, χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις* e. q. s. cf. Homerici hymni perantiqui in Apoll. Del. v. 146—165. et de ipsis Messeniis Doriensibus Pausanias tradit IV 4, 1: *ἐπὶ δὲ Φίντα τοῦ Συβότα πρῶτον Μεσσήνιοι τότε τῷ Ἀπόλλωνι ἐς Δῆλον θυσίαν καὶ ἀνδρῶν χορὸν ἀποστέλλουσι.*[1]) quin immo Callimachus in Del. 279 sqq. dicit:

πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πόληες,
αἵ τε πρὸς ἠοίην αἵ θ' ἕσπερον αἵ τ' ἀνὰ μέσσην
κλήρους ἐκτήσαντο, καὶ οἳ καθύπερθε βορείης
οἰκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονιώτατον αἷμα.

at vero artissimo sacrorum commercio Athenae inde ab antiquissimis temporibus cum Delo coniunctae fuerunt.[2]) notissima enim e Phaedone Platonis sacra illa navis Deliae theoriae deducendae adhibita, quam narrabant eandem esse, quae antiquitus Theseum cum pueris puellisque lectis in Cretam vexisset. cf. Callim. in Del. 314 sq., Plut. Thes. 21. eund. an seni sit ger. resp. 6.[3]) ac referebatur etiam ad Thesei illam expeditionem sacrorum Deliacorum prima institutio.[4]) Phanodemus in Atthide (cf. Athen. IX p. 392 d, Paus. I 18, 5. 31, 2) rettu-

---

[1]) Cf. Hoeckium Kreta II p. 129, Muellerum Dor. I p. 252.

[2]) Accurate hunc locum pertractavit Hoeckius l. c. II p. 123 sqq. ceterum a Deliadibus nomen fecit comoediae alicui suae Cratinus, quas non dubito quin Bergkius commentat. de rell. com. Att. ant. p. 38 sqq. virginum fuisse chorum ab Atheniensibus ad Delia missarum recte dixerit. alio significatu Deliades memorat Callimachus in Del. 296.

[3]) Cll. Boeckhium Staatshaush. d. Ath. I p. 81 sqq. III p. 76 sqq.

[4]) Cf. quae afferunt Hoeckius Kreta p. 132 sqq., Dorvillius miscell. obss. crit. VII 1 p. 12, Muellerus Dor. I p. 244 sq.

lerat, iam ipsum Erysichthonem Cecropis filium theoriam Atheniensium Delum deduxisse. [1]) atque in Solonis legibus mentionem fuisse factam Deliastarum Athenaeus VI p. 234 e prodit. [2]) nec mirum vero est, fabularem historiam saeculis ultra ipsam Ionum migrationem remotis Deliacos conventus atque Atheniensium illa commercia Deliaca adscripsisse.[3])

Itaque ad panegyrin Deliacam celebrandam Acontius et Cydippa[4]) in sacram insulam erant profecti. quae confirmatur quoque suspitio cum *festorum extorum* mentione ep. XXI 94, tum Aristaeneti hisce verbis: *ἡ δὲ (θεραπαίνη) τὸ μέγεθος καὶ τὴν χροιὰν καταπλαγεῖσα ἀνήρπασεν ἅμα διαποροῦσα, τίς ἄρα τοῦτο (τὸ μῆλον) τῶν παρθένων μετέωρος ἀπέβαλε τοῦ προκολπίου.* et Acontius Ceus eo commodius narrabatur Delia praesens obiisse, quo artius sacrorum communione Cei coniuncti erant cum Deli incolis. nam proprium illos instituisse Ceorum *ἑστιατόριον*, quod prope ipsum Artemisium fuerit, Herodotus docet IV 35. cf. Broendstedtium Reisen I p. 48 sq.[5])

Denique ne quid desit ad fiduciam coniecturae summam excitandam facit eius ipsius aetion libri, cui insertam fuisse Cydippae elegiam postmodo videbimus, hoc frg. a Stephano Byz. s. v. *Δῆλος* servatum (30 Bentl.):

VIII *καὶ Δηλίτης, ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορός, Καλλίμαχος τρίτῳ.*

Cum Cydippa mater atque nutrix una iter faciunt. cur

---

[1]) Cf. Boeckhium Abhandl. d. historisch-philos. Kl. d. Berl. Ak. 1834 p. 2 sq., C. F. Hermannum de theoria Deliaca p. 4.

[2]) Cf. Boeckhium Staatshaush. II p. 81, C. F. Hermannum l. c. p. 4, 12.

[3]) Hoeckius l. c. II p. 131: *Der Antheil, welchen durch die Ionier Athen an der Gruendung des Apollo-Cultus auf Delos hatte, spricht sich in dem Interesse aus, welches vorzueglich jene Stadt an dieser Insel nahm. Es schlang sich seit der Neleidenkolonie ein Band um Athen und Delos, welches der Mythos jedoch nach ganz gewoehnlicher Erscheinung in das graue Alterthum hinauf verlegt.*

[4]) Non repugnat ep. XXI 77 *mota loci fama properabam* e. q. s. ubi caussa explicatur impatientiae, non itineris.

[5]) Paeanem aliquem in usum theoriae Deliacae Ceis Pindarus conscripserat. v. frg. 64 et 65 Bgk.

pater, qui et ipse superstes erat[1]), non simul Delum profectus sit,[2]) dicere equidem non habeo. ominum mentionem XXI sqq. eo probabilius ad Callimachum rettuleris, quo illum studiosiorem talium fuisse constat[3]). ac magis etiam in hunc convenit tota curiositatis puellae descriptio v. 77—84.[4]) in quibus dignissima Callimacho est, si quem horum gustum habeo, haece sententia acutula v. 83 sq.

quam (Delon) procul ut vidi, 'quid me fugis, insula', dixi,
'laberis in magno numquid, ut ante, mari?'

sub vesperum ad Delum appellunt. ubi pernoctatum puta in publico Atheniensium hestiatorio.[5]) postridie mane Cydippa sollemni vestitu ornatuque induitur:

---

[1]) Cf. Aristaen. p. 130, 15. 18 nostrae ed. et ep. XX 199, XXI 171.

[2]) Hoc sequitur ex XXI 91 *protinus egressae*, neque usquam eius mentio inicitur in narratione XXI 65—114. errat igitur Buttmannus l. c. p. 117, qui *parentem* v. 93 pro patre videtur habuisse.

[3]) Cf. Naekium Hec. p. 244, Heckerum comment. Callim. p. 100.

[4]) Etiam *candida Delos* v. 82 haud dubie e Graecis ductum. Antipater Macedonius anth. P. IX 421 ait de Cycladibus:

ἤ ῥ' ὑμᾶς ἐδίδαξεν ἕνα τρόπον ἥ ποτε λευκὴ
Δῆλος, ἐρημαίον δαίμονος ἀρξαμένη.

Iacobsius adnotat: *λευκή est λαμπρά.* at rectius cum Vlrichsio Reisen und Forschungen in Griechenland II p. 206 interpretabere de aedificiorum marmore candidorum multitudine e longinquo conlucente. itaque fallitur cum interpretibus Ovidi Schwenkius Deliaca I p. 6, 2 (cf. p. 19), qui nominis originem a poeta Latino significari putabat. ceterum fortasse hoc fere loco Callimachus verba adhibuit: *καλοὶ νησάων ἀστέρες.* id enim frg. quod sine auctoris nomine citatur in schol. Il. *T* 1 probabiliter Callimacho adscripserunt, neque vero improbabile est, Cycladas notari, quae est sententia Meineki diatr. ad Callim. in Del. 66. Dionysius periegeta 530 sq.

νῆσοι δ' ἑξείης Σποράδες περιπαμφανόωσιν,
οἷον ὅτ' ἀνεφέλοιο δι' ἠέρος εἴδεται ἄστρα.

Horatius carm. I 14, 19 sq. Cycladas dicit *nitentes.* ac Delo ipsi Asteriae priscum nomen fuisse constat. maris Ionii insula *Ἀστερίς* a Plinio n. h. IV 12 (19) memoratur.

[5]) Cf. Boetticherum philol. XVIII p. 41.

comuntur nostrae matre iubente comae,
ipsa dedit gemmas digitis et crinibus aurum,
et vestes humeris induit ipsa meis.

scilicet per hos festos dies in tanta hominum publica frequentia ut virgines visentibus probarentur cum ab ipsis tum a matribus sedula cura atque exquisito cultu prospiciebatur. qualem matrem ab Aristophane Acharn. 247 sqq. festive describi constat. iam statim egressae *superis quibus insula sacrast*, scilicet Apollini[1]) Dianae Latonae[2]), tura vinumque in singulis nimirum templis salutantes una pollucent. deinceps dum eisdem victimas votivas mater curat immolandas Cydippa nutrice ducente visit *alias quoque aedes* ceteraque quae Delos habebat magnifica et mirabilia. atque haec quidem a Callimacho docta enarratione puto pleraque esse percursa. porticus, munera regum, signorum multitudinem, Apollinis *innumeris structam de cornibus aram*, Latonae laurum poeta tangit Latinus.[3]) ac de donariorum[4]) statuarumque magnificentia quibus affluxit olim Delus nota omnia, amplissimorum porticuum praeter Philippi-

[1]) Apollinis celeberrimum templum Deliacum prope a portu positum erat, in quem Cydippa cum suis invecta erat. v. accuratam delineationem insulae quae est in Stuarti Revettique antiquitatibus Athenarum III Ch. X Pl. VI, vel sis Sponi Whelerique et Tourneforti itineraria, ubi etiam quae Deli supersunt vel potius supererant artis monumentorum rudera pertractantur.

[2]) Latonae sacrum (*Λητῷον*) Deliacum, quo continebatur deae ligneum simulacrum antiquissimum (cf. Athen. XIV p. 614 b), iuxta Apollinis templum situm fuisse videtur. cf. Strab. X p. 485. nec dubito, quin tria illa templa sibi vicina fuerint. id quod sequitur etiam ex Herodoti verbis IV 34: *τὸ δὲ σῆμά ἐστιν ἔσω ἐς τὸ Ἀρτεμίσιον ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρός, ἐπιπέφυκε δέ οἱ ἐλαίη.* nam olea illa simul cum lauro Latonae ad aram ab Apolline cornibus extructam posita erat (cf. Boetticherum Baumkultus p. 30), eamque aram fuisse *Ἀπόλλωνος παρὰ νεῷ* testatur Plutarchus de soll. animal. 35.

[3]) Ov. met. XIII 635 Anius sacerdos Deli rex Aeneas quem hospitio recepit

urbemque ostendit delubraque nota duasque
Latona quondam stirpes pariente retentas.

[4]) Apprime huc cadunt Boetticheri verba haece philol. XIX p. 42: *Historisch merkwuerdige Beutestuecke, oder eminente Geschenke koennen wohl an Gedenkfesten und Panegyreis gezeigt und vorgefuehrt werden —.*

cum reliquiae nostra etiam memoria Deli repertae sunt[1]). Apollinis κεράτειος βωμός inter ipsa septem miracula referebatur[2]), nec minus celebrata, quae Apollinis arae erat vicina, Latonia palma[3]). haec igitur mirantem puellam conspexit Acontius. namque eo valent valent versus XXI 103 sq.

forsitan haec spectans a te spectabar Aconti,
visaque simplicitas est mea posse capi.

continuo ille, ut narrat ipse ep. XX 205 sqq., restitit fixis in Cydippae membra oculis, dumque nimium eam miratur — *nota certa furoris* — deciderunt humero lapsa pallia. satis notabilis haec narrationis pars. cui ex artis operibus praeter cetera conferrem inlustre Parthenonis anaglyphum non nisi Carreyi designatione servatum, quo Mercurius repraesentatus esse creditur Hersam Cecropis filiam dum canistrifera incedit videns palliumque subita miratione delapsum manibus tenens, dum modo haec certa esset O. Muelleri interpretatio[4]). cf. Broendstedtium Reisen und Vnters. tab. XLVII 14, Muelleri et Oesterleyi monumenta I tab. XXII 114. quamquam Broendstedti coniectura minus etiam habet probabilitatis. et congruenti ratione poetae veterum amoris quasi aculeos in ipso

---

[1]) Cf. Deli descriptionem modo memoratam, Tournefortum relation d'un voyage du levant I p. 349.

[2]) De hac ara docte commentatus est Osannus Kunstblatt herausgegeben v. L. Schorn 1837 n. 11 sq. ceterum ei cum vicina fuerit celebris illa ara ad quam Pythagoras Apollini genetori incruenta sacrificia administrarat (cf. Laert. Diog. VIII 13), hinc Rauchius d. ait. d. Kallim. p. 47 suae de frg. 27 suspitioni aliquam probabilitatis speciem addere poterat. verum contra valent Heckeri disputata Rauchio ignota comment. de anth. Gr. 1843 p. 270.

[3]) Cf. Boetticherum Baumkultus p. 30 sq. 419.

[4]) Quae si vera esset, perapte posset Ovidi locus comparari met. II 726, ubi de Mercurio Hersam conspiciente dicitur: *obstupuit.* idem de Hippomene Atalantam nudam conspiciente met. X 580: *obstupuit tollensque manus, ignoscite, dixit.* et Propertius V 4, 21 sq. de Tarpeia Tatium regem vidente: *obstupuit regis facie et regalibus armis* | *interque oblitas excidit urna manus.* omnino rem tibi ita animo fingas, ut lacertis prae subita admiratione erectis (cf. Iahnium archaeol. Aufss. p. 116, 72) pallium Aconti ex parte delapsum sit.

primo visu praecordia transfigentes talibus exprimunt acuminibus: Hom. Ξ 294 ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Theocr. II 82, ubi in pompa euntem Delphin videt virgo, χὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. idem III 42 ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς εἰς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα. Verg. buc. VIII 41 *ut vidi, ut perii*, eademque leguntur Cir. 429. Ov. her. XVI 133 *ut vidi, obstupui, praecordiaque intima sensi | attonitus curis intumuisse novis.* idem met. VIII 324 *hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros | optavit.* et ibid. XI 305 *vidḙre hanc pariter, pariter traxere colorem.* quibus vicina sunt quae inferioris aetatis poetae sophistaeque de oculorum ad amorem excitandum vi ac potestate fabulantur, terentes ei ut eiusdem alia Platonis illud Phaedr. 31 p. 251 B δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐθερμάνθη e. q. s. cf. Achill. Tat. I 4, 4 ὡς δὲ εἶδον, εὐθὺς ἀπωλώλειν· κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐς τὴν ψυχὴν καταρρεῖ. ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι.[1]) cuius modi plura congessere Heinrichius ad Mus. de Her. v. 92—95, Peerlkampius ad Xenoph. Eph. p. 103, Iacobsius animadv. ad anth. Gr. I 1 p. 19, Pricaeus ad Apul. met, X 3 ed. Oudendorp. III p. 375, quorum exemplis facili negotio possent alia multa adstrui. atque eodem redit sententia quaedam a Nonno frequentata, quae eam habet speciem, ut a Callimacho facile videatur profecta, cum praesertim eandem apud Ovidium cognatumve poetam legere meminerim: Dion. VII 279 φιλίῳ γὰρ ἔρως πέλε θαύματι γείτων, X 289 θαύματι φίλτρον ἔχων κεκερασμένον, XLII 42 θάμβος ἔχων ὀχετηγὸν ἐς ἵμερον, XLVII 271 sqq. ὑπναλέην δὲ | ἀθρήσας Διόνυσος ἐρημαίην Ἀριάδνην | θαύματι μῖξεν ἔρωτα. quorum simile aliquid Callimachum eo loco inseruisse ubi Acontium fecit Cydippam conspicatum prope certum crediderim. ac forsan de Acontio usurpavit epitheton quod habet Hesychius ab aliquo poeta sine dubio sumptum: ἰδέρως: ὁ ἅμα τῷ ἰδεῖν ἐρῶν. sed ad Ovidianum illud distichon ut redeamus, perinsigni hoc lumine quin iam Callimachus

---

[1]) Etiam illud multum est vexatum quod ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν. cf. Boissonadium ad Philostrati epistulas p. 191. omninó multus hoc in lusu nec infelix est Philostratus. cf. epist. 10, 11, 12, 41 Kays.

suam narrationem distinxerit vix ac ne vix quidem dubitaverim. atque eorum fortasse ipsorum, quibus eandem rem ille persecutus erat, habemus frustum. nam Choeroboscus in Theod. can. p. 15, 11: *ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι διὰ τοῦτο περὶ τῶν εἰς σ ληγόντων πρῶτον διαλαμβάνει, ἐπειδὴ τὰ εἰς σ λήγοντα δυσχερέστερά εἰσι τῶν εἰς ν, ξ, ϱ, ψ ληγόντων, ἐπειδὴ κατὰ τὸν συγγραφέα Θουκυδίδην ‘ἀρχόμενοι πάντες ὀξύτερον διαλαμβάνονται’. καὶ Καλλίμαχος δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει*

ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν. IX

τούτου χάριν ἀπὸ τῶν δυσχερεστέρων πρῶτον ἤρξατο, ἵνα ἐν ὅσῳ εἰσὶ πρόθυμοι οἱ νέοι μάθωσιν αὐτά.

Audin lepidum grammatistam, qui Callimachum aliquem facit ludimagistrum? at istum vero apparet fragmentum apud alium nescio quem scriptorem obvium arripuisse suamque ipsius illi interpretationem Thucydidis verborum externa similitudine deceptum adhibuisse. nam prorsus diversa insit sententia necesse est, quippe cum *μανία* non sit *ardor* sed potius *furor*, et apud Alexandrinos quidem poetas plerumque amoris furor, sicut *furor* vocabulum nude positum idem solet significare apud Latinos poetas. verum nihil puto versu illo fieri poterit apte minusque frigide explicando, si quidem intactum relinquemus.[1]) et ni fallor lenissima haec adhibenda est correctio:

ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἐχέμεν.[2])

quod si ita est, habes quae optime respondeant Ovidianis *nota certa furoris.*

Iam misero Acontius desiderio exemplo captus et quid faceret haerens Cydippam sequitur in Dianae templum redeuntem. ubi cum esset *προκαθημένη* pomum furtim ille provolvit ad nutriculae pedes. nimirum Cydippa quia s p l e n d i d o g e n e r e erat inter primores virgines sedebat, et non aliam puto

---

[1]) Ac mirifice friget interpretatio O. Schneideri prolegg. in aet. p. 17 haec ad Achillis *μῆνιν* revocantis. nec ita ut ille vult *ἀρχόμενοι* accipi potest.

[2]) Forma *ἐχέμεν* adhibetur Il. *Δ* 302, *E* 492, *I* 708, *N* 2, *T* 148. neque Callimacho inconsuetus hic infinitivus. cf. in Iov. 81. in Dian. 251. frg. 110, 2. 268. 305.

ob caussam Acontius puellam sibi conciliaturus ad illum dolum confugit, quam quod praenobili loco eam senserat natam. neque enim admodum confidenter de sua origine ad Cydippam scribit v. 223 sq.

nec, si generosa probatis
nomina, despectis arguor ortus avis.

quod sedebant in templo, et ipsum publicorum sollemnium videtur esse indicium.[1]) qualia vero sacra celebrarint quidve rei intra templum actum sit, non facile cum aliqua probabilitate definiveris.

Quae modo de Aconti et Cydippae Deliis facto concursu, de generis horum discrimine disputavimus, haec cum suapte natura veri sint simillima, eadem testimonio quodam ambigui generis contineri nolumus tacere.

Namque Antonius Volscus in argumento epistulae XX scribit[2]): *Hinc (Caea) profectus Acontius ad Dianae sacra quae Daeli ex uirginum conuentu celebrantur in amorem uisae Cydippae excaluit.*, et in argum. ep. XXI: *(Delos) magno in honore est habita ab heroicis temporibus. ab omnibus oris in hanc insulam ad sacra publica conueniebant caetusque uirginum sacra ministrabat. quibus cum adesset Cydippe accepto insidioso pomo uisa est se acontio uxorem pacisci.* porro idem in argum. ep. XX: *nam quae ante deos dicerentur in templo Daeliae Dianae rata esse debere lex erat.* atque Vbertinus Crescentinas in argum. ep. XX de Acontio: *quam (Cydippam) cum ob generis imparitatem non auderet aperte uxorem petere, inuenit uiam, qua illam sibi coniugio obligaret.*

Haec ex parte produxit Buttmannus l. c. p. 121 sq., quo evinceret *generis imparitatem*, quae fuisset inter Acontium et Cydippam, antiquiorem simul ille auctoritatem istis *notis* vindicans: *Was in diesen Noten eigenthuemliches, und selbst von Ovid's Erzaehlung abweichendes enthalten ist, scheint mir nicht so leichthin*

---

1) Cf. Boetticherum philol. XVIII p. 34 sqq.

2) Vtor repetita editione *Epistolarum Heroidum Ovidii cum commentariis Antonii Volsci et Vbertini Clerici Crescentinatis*, quae una cum Sapphus epistula et Ibide a Domitio Calderino enarrata prodiit Venetiis a. 1497. primum impressa est haec editio in loco Casalis a. 1481.

dem ex ingenio ergaenzenden Kommentator, sondern einer Veberlieferung anzugehoeren. Nehmlich diese in der letzten Haelfte des 15. Jahrh. lebenden Gelehrten schoepften ihr Wissen, so unvollkommen es sein mag, aus Handschriften die jetzt verloren sind oder auch unbeachtet liegen, aus alten wieder aus aelteren gezogenen Scholien; und so verdienen sie die Aufmerksamkeit des Kritiker mehr als ihnen bisher zu Theil geworden.

Primum Buttmannus non nisi de argumentis Antoni Volsci quaestionem debebat excitare. nam commentariis Antoni et Vbertini huiusque etiam summariis nihil bonae frugis inest. at argumentis sane illis quaedam testimonia continentur, quae neque alias legantur et fidem mereri videantur[1]). verum supra

---

[1]) Tria nunc obiter delibo. nam in praesentia quo minus hanc rem accuratius pertractem praeter librorum apparatum et otium deest et voluntas. in Antoni argum. ep. XIII legitur: *Pacuvius et Titinius prothesilaum tragoediam ediderunt: ex qua multum in hanc epistolam Ovidius transtulit.* novimus Euripidis Protesilaum tragoediam, Anaxandridis cognominem comoediam, ac nescio cuius comici Protesilaodamia in Vergili scholiis Veronensibus post Maium a Keilio editis ad Aen. IV 146 indicari videtur. iam novum prorsus emergit testimonium de Pacuvi Titique — Titinio enim Titius substituendus — tragicorum Protesilais, quod haud profecto reiculum videatur. quamquam quod de Ovidio subiungitur facile soliti generis hariolatio est. in argum. ep. XVIII legitur: *Leander abidenus cum Sestiae herus amore teneretur noctu maris angustias ut Philostratus scribit natare ad illam consueverat.* cum nusquam Philostratus in eis quae nos habemus scriptis Herus et Leandri amorum similisve rei quod ego sciam mentionem iniciat, aut nominis error subest, aut illius testimoni primus auctor quisquis fuit integriore quam nos usus est imaginum Philostratearum exemplo, quo etiam imago Heronem cum Leandro repraesentans descripta fuerit. namque constat, et illo argumento veteres pictores usos esse, et Philostratorum imagines multis modis truncatas ad nos pervenisse. at si in nomine peccatum est, non minus puto eo ducemur ut fontem statuamus hodie non iam patentem. quo pacto enim fieri poterat ut Philostratus cum Musaeo vel Vergilio vel Ovidio vel Statio ceterisque quos recenset Heinrichius praef. ad Mus. p. XLII sqq. confunderetur? quamquam non nescio his in rebus circumveniri saepe ratiocinationem a casus ludibriis. modo de fraude noli cogitare. denique digna memoratu haec ex argum. ep. II: *phyllis Lycurgi driantis ex crustumena filia* e. q. s. Phyllidis patrem alii Sithonem nominant alii Phyleum, Lycurgum mythographus Bodianus I 204 p. 64 et Pomponius Sabinus ad Verg. cul. 130 sq. at quod matri Phyllidis nomen fuerit

proposita num in horum numero sint, quae antiquiorem auctoritatem prae se ferant, vehementer equidem dubito.

Et *generis imparitas* quidem non nisi ex ep. XX 13 derivata est, ad quem versum depravatum *(nunc quoque idem timeo)* Antonius adnotat: *Illud. idem mei coniugii contemptus et timor.* quibus antiquius est distichon eodem spectans, quod in nonnullis codicibus et editionibus huic epistulae praefixum est: *accipe, Cydippe, despecti nomen Aconti | illius in pomo qui tibi verba dedit.* deinde illud *nam quae ante deos dicerentur* e. q. s. eam prorsus faciem habet, ut e rerum nexu fictum videatur. contuleris Paus. II 2, 1 similia. quod vero Buttmannus ab Ovidianis discrepantia in illis *notis* ad ep. XX inesse dicit, id non nisi ad haec verba spectare potest quae sunt in Antoni argumento: *Id (pomum) cum sacra ministraret ante deae simulacrum in sinum puellae proiecit.* at haec non nisi neglegentiae debentur Antoni, qui poma apud veteres scriptores saepe in sinus puellarum iacta intempestive meminit. restat memoria sacrorum Deliacorum *caetusque virginum*, cui interfuerit Cydippa. quae quamquam a Buttmanno l. c. non adsciscitur, tamen sola eum videtur permovisse, ut p. 117 simpliciter poneret *dieser (Akontios) befand sich bei dem jaehrlichen grossen Feste zu Delos und sah dort ein die Herrlichkeiten des Orts in Begleitung ihrer Amme beschauendes so schoenes Maedchen* e. q. s. eoque et frg. quod nos posuimus VIII iam referret (p. 125). certe alio modo illud non probavit. at fatebere, haec quoque Antoni verba facile redire ad coniecturam hominis multa veterum auctorum lectione eruditi Strabonianique de Deliacis virginum pompis testimoni fortasse memoris. quamquam non nego, forsan glossemata quaedam codicum antiquiora ab Antonio esse adhibita[1]).

---

nusquam alias invenio memoratum. vix autem dubitaverim, quin illud portentosum nomen *Crustumena* redeat ad *Χρυσονόην*, quae a Conone narr. 32 Cliti Sithonum regis filia fuisse perhibetur. cf. Partheni narr. am. 6.

[1]) Doleo quod nihil dum comperi de argumentis epistularum Ovidi quae sunt in libro Mediceo plut. XXXVI cod. 27. nam Bandinus catal. bibl. Laur. II p. 237 eum continere dicit *glossas interlineares, scholia ad marginem, enarrationem in principio, vitam poetae in fine et argumenta in singulas epistolas.* omnino epistularum libri qui glossematis sint instructi satis frequentes inveniuntur. at quantum vidi

Ad summam, argumenta ista neque novi quicquam de Cydippae fabula nos docuerunt neque aliunde conclusa probata sua auctoritate possunt confirmare. quo magis quaestione de fide atque origine eorum argumentorum interponenda, cum a proposito argumento ad res penitus alias nos abductura esset, hanc disputationem interrumpere et retardare noluimus.

Haec postquam supplevimus, iam redimus ad Aristaenetum.

Statim igitur, Aconti, ut vidisti in Artemisio sedentem Cydippam, Cupido *ἀεί τινας παραδόξους μηχανὰς διαπλέκων, ὑπέθετό σοι καινοτάτην βουλήν, τάχα που τὸ σὸν αἰδούμενος κάλλος*. haec iam Mercerus cum simillima comparavit Platonis hac sententia symp. XXIII 203 d: *κατὰ δ' αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἐστιν (Ἔρως) τοῖς καλοῖς καὶ τοῖς ἀγαθοῖς, ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης καὶ σύντονος, θηρευτὴς δεινός, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς, καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητὴς καὶ πόριμος, φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου, δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής*. vides ipsa partim Aristaeneti verba e Platone esse transcripta. sed cave concludas inde, sententiam totam de suo addidisse sophistam, immo eandem procul dubio Callimachus adhibuit. nam et contextui ita est apta et conveniens, ut mirum foret, si eam paene ultro sese offerentem poeta sprevisset, et Latinus poeta eodem utitur colore XX 27 sqq.

te mihi conpositis, si quid tamen egimus, arte
adstrinxit verbis ingeniosus Amor[1]).
dictatis ab eo feci sponsalia verbis,
consultoque fui iuris Amore vafer.

---

nullius illa preti sunt. speciminis loco commemoro, quod in cod. Gissensi n. 66 olim Menteliano saec. XIV vergentis glossematis ab eadem qua verba poetae manu scriptis oppleto (cf. Adriani catal. bibl. acad. Giss. p. 20 sq. et Welckerum kl. Schr. II p. 117 n., qui tamen nimium tribuit vili huic libro) epistulae XX summarium est, quo Cydippa *sanctimonialis* fuisse dicitur. scilicet ob ep. XX 204. ceterum eodem loco iam legitur: . . . *accepit pomum in quo istos versus scripsit iuro tibi sane per mistica sacra dianae me tibi venturam comitem sponsamque futuram*. cf. Antoni Volsci argum. ep. XX et Boissonadium ad Aristaen. p. 364.

[1]) *Si quid tamen egimus a me* habet Puteaneus. in quibus iunge vel

ad quae respicit Cydippa XXI 125 sqq.

at fuerat melius si te puer iste tenebat,
quem tu nescio quas dicis habere vices[1]),
more bonis solito spem non corrumpere fraude.

omnino autem novo Aconti artificio callidissimo, in quo cardo totius fabulae verteretur, in primis veteres delectati esse videntur, quod docet Ovidius a. a. I 455 sqq.

ergo eat et blandis peraretur littera verbis,
exploretque animos primaque temptet iter.
littera Cydippen pomo perlata fefellit,
insciaque est verbis capta puella suis.

et alias quoque Aconti pomum ut rem in primis celebrem vidimus commemorari. ac noli dubitare, quin Callimachus in pomo Cydonio ea ratione luserit, quae indicatur ab Hesychio *Κυδώνιον· μέγα καὶ ἀξιόλογον. ἢ ἀπατηλόν, δόλιον.* denique Cupidinis astuti mirificae insidiae communis fere eroticorum locus sunt eorumque vix mihi possum temperare quin unum alterumve respexisse ea in re putem notissimi carminis locum lepidissimum. veluti Charito I 1, 4: *φιλόνεικος δ' ἐστὶν ὁ Ἔρως καὶ χαίρει τοῖς παραδόξοις κατορθώμασιν· ἐζήτησε δὲ τοιόνδε τὸν καιρόν.* idem IV 7, 6: [*οἷα*] *γὰρ πεπαιδευμένος ἐνεθυμεῖτο, ὅτι φιλόκαινός ἐστιν ὁ Ἔρως.* Achilles Tat. I 10, 1: *αὐτοδίδακτος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς σοφιστής.* V 27, 4: *αὐτουργὸς γὰρ ὁ Ἔρως καὶ αὐτοσχέδιος σοφιστής.* cf. Longi past. IV 18, 1. Non-

---

te verbis mihi (h. e. *a me*) *conpositis* vel *te verbis a me conpositis adstrinxit Amor.* non enim construendum esse *te mihi adstrinxit Amor*, quod significare volunt *te mihi copulavit Amor*, sed ita potius ut dixi, demonstrat cum receptus loquendi usus tum vero ipse Ovidius quem dicunt ep. XVI 230:

tunc ego iurabo quaevis tibi nomina meque
adstringam verbis in sacra iura tuis.

conponere verba autem esse *exarare verba* conligendum est ex met. IX 521. itaque cum necessario aut *mihi* aut *a me* corruptum sit e libris interpolatis dubitanter sumpsi *egimus arte.* tentavi quoque: *te modo conpositis, si quid tamen egimus, a me e. q. s.* (*m* pro *m*; superscript o over first, i over second).

[1]) Ita emendavi quod libri praebent nec dum erat tentatum:

quem tu nescio quas dicis habere faces.

nus Dion. VII 110: σοφὸς αὐτοδίδακτος Ἔρως. incertus epigrammatarius apud Athen. XIII p. 609 d: ποικιλομήχαν' Ἔρως. et σοφιστάς dicitur Amor a Meleagro quoque anth. P. VII 421, 7. ex antiquioribus similia Aristarchus in Naucki frgg. trag. p. 564 et Anaxandrides in Meineki frgg. com. III 199.

Itaque Cupido, qui ut ait Tibullus I 8, 56 *ipse dedit cupidis fallere posse deus,* et de quo Musaeus de Her. 200 αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ βουληφόρος, Acontio famosum illum inspiravit dolum, ut malum Cydonium ita inscriptum μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι in templum proiceret eaque a Cydippa lecta formula sponsione illam sacrosancta obstringeret. decerpit pomum e Veneris horto. non prodigiosum illum hortum Veneris intellege cuius mentionem facit Himerius or. 1 § 19 vel poeta incertus in anthol. Lat. Meieri II 1022, ut ceterorum quoque deorum horti fabulosi commemorantur[1]), sed agrum deae re vera Deli sacratum, qui ad ipsum Veneris templum Artemisio puto vicinum[2]) situs fuerit. ita Ion apud Euripidem 116 laureas frondes κήπων ἐξ ἀθανάτων petitas fert. ac malum, cum Veneris esset sacra, ut laurus Apollinis, haud raro deae templis adsitam esse credibile est. nec mirum vero, huius arboris pomis vim infuisse divinam et ad subveniendum amanti efficacissimam. ita felicia quoque illa poma Hippomeni a Venere tradita ad agrum deae Cypri sacratum[3]) referuntur, nisi quod fabulosius describitur ab Ovidio met. X 644 sqq.

est ager, indigenae Tamaseum nomine dicunt,
telluris Cypriae pars optima, quam mihi prisci

---

[1]) Oceani dicit hortos Aristophanes nub. 271, Iovis Pindarus Pyth. IX 53 et Sophocles frg. 297 Nck., Charitum Pindarus Ol. IX 27, Nonnus Dion. XXXI 204 sqq. et XXXIII 4 sqq., Nympharum Ibycus frg. 1, Chloridis nymphae Ovidius fast. V 253, Iunonis pratum Callimachus in Dian. 165. etiam Hesperidum hortus deorum vel Iunonis κῆπος nuncupatur.

[2]) Certe hoc ex ipsa narratione conlegerim. in eodem vero templo clarissimum Veneris simulacrum, quod venerandae erat vetustatis (cf. Callim. in Del. 307 sqq. Plut. Thes. c. 21), positum fuisse videtur, parum ut probabilem ducam Meineki coniecturam Callim. in Del. 308 Κύπριδος ἀκραίης scribendum esse.

[3]) Cf. Claudiani epithal. 49 sqq.

sacravere senes, templisque accedere dotem
hanc iussere meis. medio nitet arbor in arvo
fulva comam, fulvo ramis crepitantibus auro.
hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam
aurea poma manu, nullique videnda nisi ipsi
Hippomenen adii docuique, quis usus in illis.

Ista vero Aristaeneti verba si accuratius considerasset Iacobsius, de Nicandri versibus Athen. III p. 82 a

αὐτίχ' ὅγ' ἢ Σιδόεντος ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων
μῆλα ταμὼν χνοάοντα τύπους ἐνεμάσσετο Κάδμου

non potuisset haec scribere animadv. ad anth. Gr. VIII p. 203: *De Acontio videtur agi, qui ad decipiendam Cydippen Cydonio malo usus esse dicitur ap. Aristaenet. I 10 p. 23.* qua in re sequi videtur Mellmannum de causs. et auctorib. narrationum de mutatis formis p. 79. at acquiescere hic debebat in ea quam priorem posuit coniectura, probata nunc a Schneidero Nicandr. p. 58 sq., ubi Nicandri fragmentum ad Hermocharis et Ctesyllae fabulam refertur. quamquam ne Schneiderus quidem recte expediit eam difficultatem, quae Mellmannum ut prave statueret adduxit, quod, si quidem Hermochares esset intelligendus, quo pacto de eo dici posset ἢ Σιδόεντος ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων μῆλα ταμών, non facile pateret, cum Nicander in Cea insula rem actam narrasse perhiberetur. quae ut probabiliter conciliaret Schneiderus, utens Strabonis verbis (X p. 486) ἡ πανήγυρις ἐμπορικόν τι πρᾶγμά ἐστι emptum Hermochari pomum esse statuit. *nam* ταμών *non iungendum cum* ἀπὸ κήπων *sed cum* ἐνεμάσσετο[1]). sed aliquanto simplicius puto atque aptius suam Nicander instituit narrationem. nam profecto μῆλα ἢ Σιδόεντος ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων

---

[1]) Hanc interpretationem vix admittit participium aoristi: ταμών — ἐνεμάσσετο. praeterea ea enuntiati est ratio, ut nec in eis quae antecedebant neque in eis quae sequebantur indicari potuerit, ista empta esse mala. ceterum mirifice lapsus est in interpretatione huius fragmenti Boetticherus Baumkultus p. 473: *Dass die Thebaner sich auch mit Recht des Besitzes von Sidus ruehmen konnten sprechen wohl die Worte des Nikander aus: Alsobald schnitt er von den Gaerten zu Sidus oder Pleistos die Aepfel mit schoenem Pflaum und stekkte sie in die Spuren des Kadmos.*

non ipsa ex Siduntis urbis Plistive fluvi hortis exportata erant, sed arborum genus ad eam tamquam patriam revocabatur, quae proprie ac primitus illas gigneret vel genuisset. nam diversa hercle res non est de pomis Cydoniis aliisque permultis. cf. Hermannum griech. Privatalterth. § 3, 9 et qui ibi citantur libros.

Tale igitur pomum ἀπάτης λόγῳ inscriptum Acontius ad nutricis pedes prope Cydippam in templo stantis provolvit. Ovidius XXI 107 sqq.

mittitur ante pedes malum cum carmine tali —
ei mihi, iuravi nunc quoque paene tibi!
sustulit hoc nutrix mirataque 'perlege' dixit,
insidias legi, magne poeta, tuas.

quae videas ipse quo modo singula cum Aristaeneteis coeant. ambigit nutrix num profanum malum sit, quod cui forte virginum, quae simul adsunt in templo, e sinu defluxerit, an deae sit sacratum. compararis Catullianos versus LXV 19—24, quos a praecedentibus recte seiunxit atque e Callimachea quadam expressa esse elegia perprobabiliter coniecit Rossbachius[1]):

ut missum sponsi furtivo munere malum
procurrit casto virginis e gremio,
quod miserae oblitae molli sub veste locatum,
dum adventu matris prosilit, excutitur,
atque illud prono praeceps agitur decursu,
huic manat tristi conscius ore rubor.

cf. Prop. I 3, 23 sqq., Alciphr. frg. 6, 15, Long. past. III 34, 3 et Luciani Aristaenetique loca supra allata. ac pomorum ea commercia furtiva admodum credibile est per festos dies maxime frequentia viguisse, unde prona nutrix erat hanc in

---

[1]) Nihili sunt, quae contra disputat Schwabius in libro, qui inter scribendum mihi affertur, quaestt. Catull. I p. 273. nam cum Catullus *carmina Battiadae expressa* promittat (LXV 16), unum dein praebeatur Callimacheum carmen, porro cum v. 19—24, si adiungerentur praecedentibus, nimio profecto pondere parumque apta imagine simplicem obliviscendi notionem inlustrarent, perprobabile est, in codice archetypo inter v. 18 et 19 unam intercidisse foliorum compagem. atque is plane illorum versuum color est, ut e Graecis videantur expressi.

suspitionem. praebet autem malum forma insigne Cydippae, quae recitaret verba incisa. scilicet ipsa nutricula legere non didicerat. *'δέχου μῆλον, ὦ κεκτημένη, οἷον οὐ τεθέαμαι πρότερον· ὡς ὑπερμέγεθες, ὡς πυρρωπόν, ὡς ἐρύθημα φέρον τῶν ῥόδων.'*

Permirum in his unum illud, quod pomi praedicatur eiusdem roseus rubor, de quo Ovidius XXI 215 sq.

concidimus macie. color est sine sanguine, qualem
in pomo refero mente fuisse tuo. [1])

neque vero esse dubium potest, quo pacto id sit expediendum. deprehenditur enim sophista, quale sit pomum Cydonium, aut ignorantia nescivisse aut incuria neglexisse. ac deprehenditur simul de suo intempestive addidisse istas ruboris laudes, ut quas aegre desideraret apud Callimachum [2]). potuitque eum hac in re aliquod eludere ab illo usurpatum ambiguae significationis epitheton, veluti *πυρρωπός*. hoc enim quamvis rubrum simul indicat colorem, potest etiam de Cydonio pomo adhiberi, qui helvolo est vel subflavo colore.

Quod ad *εὐωδίαν*, qua vel e longinquo suaviter malum sub sensum cadere nutrix dicit, vel hinc colligas, quam curiosa ac circumspecta arte rerum veritatem in talibus secutus sit poeta Cyrenensis. Athenaeus III p. 81 e: *Φύλαρχος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστοριῶν τὰ Κυδώνια φησὶ μῆλα τῇ εὐωδίᾳ καὶ τὰς τῶν θανασίμων φαρμάκων δυνάμεις ἀπαμβλύνειν.* Plinius XV

---

[1]) Haec argutula sententia facile a Callimacho sumpta est. Ovidius a. a. III 703 sqq.

palluit, ut serae lectis de vite racemis
pallescunt frondes, quas nova laesit hiemps,
quaeque suos curvant matura cydonia ramos,
cornaque adhuc nostris non satis apta cibis.

ac similiter Theocritus II 88: *καί μεν χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.* Ovidius met. IV 134 sq. *oraque buxo | pallidiora gerens exhorruit.* Tibullus I 8, 52: *sed nimius luto corpora tingit amor.*

[2]) Solet enim in pomis praedicari roseus color. cf. anth. P. V 290:

Ὄμμα πολυπτοίητον ὑποκλέπτουσα τεκούσης
συζυγίην μήλων δῶκεν ἐμοὶ ῥοδέων
θηλυτέρη χαρίεσσα.

11 (10): *his proxuma amplitudine mala quae vocamus cotonea et Graeci Cydonia, e Creta insula advecta .... plura eorum genera. chrysomela incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. quae candidiora, nostratia cognominata, odoris praestantissimi.*

Cydippa recitat iusiurandum *εἰ καὶ ἀκούσιόν τε καὶ νόθον*. at nonne mirum est, id ipsum iuramentum dici *ἀκούσιόν τε καὶ νόθον*, cuius efficax vis ac sanctitas tota comprobetur fabula? igitur non dubito, quin hic aliquid peccaverit sophista. suspicor autem, hunc duobus illis vocabulis unum expressisse quod Callimachus adhibuerit. ac dixit ni fallor poeta artis omnino vocabula, ut Ovidius demonstrat, ea in caussa lepide usurpans, iusiurandum *ἐπακτόν*, h. e. delatum, quae notio unice convenit huic loco. cf. Kuesterum ad Suid. *ἐπακτὸς ὅρκος* et editores paroem. Gott. ad Zenob. III 80. quod si ita est, en quo modo numeri sponte emergantur:

ὅρκον .... εἰ καὶ ἐπακτόν.

itaque Aristaenetus *ἐπακτός* parum subtiliter in *ἀκούσιος* vertisse non contentus idemque *ἀκουσίους ὅρκους* a iuris consultis irritos dici intempestive memor pingui manu Callimacheae sententiae turbavit elegantiam.

Delati igitur iurisiurandi verba dum recitat pudore virgineo praepedita nuptiarum illa proloqui mentionem non sustinet, sed extremo vocabulo medio suppresso proicit malum. — quae narranti Callimacho obversabatur haud dubie, licet nemo hoc interpretum Aristaeneti animadverterit, Homeri de Nausicaa versus ζ 66:

ὣς ἔφατ'· αἴδετο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι
πατρὶ φίλῳ.

quam cumulavit sane Callimachus sententiam addendo, tale illud esse vocabulum, quod vel alio pronuntiante non nisi erubescens audiret severa quaepiam virgo. *καὶ τοσοῦτον ἐξεφοινίχθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν, ὅτι τῶν παρειῶν ἔνδον εἶχέ τινα ῥόδων λειμῶνα καὶ τὸ ἐρύθημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν.* haec e Musaeo Aristaenetum mutuatum esse haud exigua veri specie Tollius suspicatus est. iste enim de Her. 58 sqq.

ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν
ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον· ἦ τάχα φαίης,
Ἡροῦς ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι.

haec Musaei vero ex Nonni eis videntur versibus expressa esse quos Schraderus indicavit ad Mus. l. c., XV 226 et XVI 76 sq. cf. Achill. Tat. I 19, Nicet. Eugen. IV 125 ubi v. Boissonadium. at tamen, verum ut fatear, anceps fluctuor, utrum Aristaenetum illud statuam lumen e Callimachi Cydippa simul cum Nonno transtulisse an e Musaeo adsuisse. ac supra quidem cum de alia sententiola Aristaeneto Musaeoque communi idem quaereretur, ad Musaeum illam revocare visum est arguente toto contextu. at in eo loco qui nunc est propositus pronior fere sum in contrariam sententiam. namque insigniter iste convenit et Callimacho et vero ei ipsi nexui, quo legitur apud Aristaenetum. Ovidius XX 97.

adfuit et vidit cum tu decepta rubebas,

et XXI 111 sqq.

nomine coniugii dicto confusa pudore
sensi me totis erubuisse genis,
luminaque in gremio veluti defixa tenebam,
lumina propositi facta ministra mei.

et simili certe sensu Callimachus utitur in lav. Min. 27 sq.

τὸ δ' ἔρευθος ἀνέδραμε, πρώιον οἵαν
ἢ ῥόδον ἢ σίβδας κόκκος ἔχει χροΐαν.

nec certiora affirmo de eis quae Aristaenetus adiungit: *καὶ τὸ ἐρύθημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν.* quamquam si quid licet iudici sensui tribuere, haec a rhetore agglutinata dixerim. idem I 1 p. 2: *χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρημένα καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα.*

Iuravit virgo, audivit Diana. [1]) Ovidius XX 19 sq. de Diana:

---

[1]) Achilles Tat. VIII 12, 2: *ὤμοσεν ἡ Ῥοδῶπις καὶ ἤκουσεν ἡ Ἀφροδίτη.* Callimachus in Cerer. 57:
εἶπεν ὁ παῖς, Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.

adfuit et praesens ut erat tua verba notavit
et visast mota dicta tulisse coma.

cf. XX 97 sq. quod prodigium vide mihi quam sit ex ingenio ac more Callimachi usurpatum, ut ex Graecis illud esse petitum vel clarissime pateat. nam Callimachus frg. 6 narrat: *Κασάνδραν γὰρ τὴν Πριάμου ἱκέτιν οὖσαν Ἀθηνᾶς ἐν τῷ τῆς θεᾶς σηκῷ κατῄσχυνεν* (*Αἴας ὁ Λοκρός*), *ὥστε τὴν θεὰν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ξοάνου εἰς τὴν ὀροφὴν τρέψαι.* ad consimile miraculum [1]) revocandum est frg. 132:

ὅστις ἀλιτροὺς
αὐγάζειν καθαραῖς οὐ δύναται λογάσιν.

et hinc commendationem habent haud exiguam, quae in scholiis Ibidis produntur ad v. 377 p. 466 Merkelianae editionis: *Lemnii a Lacedaemoniis in templo Minervae sunt interempti. quod ne videret dea, oculos suos retorsit. ex quo etiam nunc in templo vultu retorto ut dicit Callimachus.* idem genus prodigia habet bene multa is, quem e Callimacho aliisque Alexandrinis in hisce pendere antea monitum est, Ovidius. is enim deorum statuas ominoso miraculo sese movisse oculosve detorsisse narrat met. IV 799 sqq., X 695 sq., Ib. 378, fast. II 45 sq. [2]) cf. etiam Charit. II 2, 8 cum Dorvilli nota p. 302 ed. Reisk. ac II 5, 7, et Dorvillium ad h. l. p. 313, ubi afferuntur tamen nonnulla minus huc quadrantia.

Iam mox Acontius misero captus desiderio absentem Cydippam deperit, redux nimirum factus in patriam, quod commemorare imprudens omisit sophista. at nec maris fluctus nec desideri aestum facile enarraveris. — quem quidem sensum aptum admodum atque elegantem Callimacho attribuerim, eidemque inventa fortasse exquisita aposiopesis *τέως οὖν τὸν δείλαιον* —, quod artificium non mirum esset rhetori tam vehementer placuisse ut integrum transferret. atque extat huius simillima in Ciri, Alexandrini si quod aliud coloris carmine, 136:

---

[1]) Ad ipsum frg. 6 revocare voluit O. Schneiderus prolegg. in aet. p. 17. sed qua tandem lege de Diana dicere licet [*θεός*] *ὅστις*?

[2]) Cf. etiam met. IX 782 sqq., Verg. georg. I 480 sqq., Apollon. Rhod. IV 1282.

sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
iratum potuit, quem nec pater atque avus idem
Iupiter — ille etiam Poenos domitare leones,
et validas docuit vires mansuescere tigris,
ille etiam divos, homines — sed dicere magnum est,
idem tum tristes acuebat parvulus iras.

et aliam eius generis aposiopesin agnoscere mihi videor obscuratam initio Apuleianae fabulae de Psychae et Cupidinis amoribus (met. IV 28): *sed maiores quidem natu quamvis gratissima specie, idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur, at vero puellae iunioris tam praecipua, tam praeclara pulcritudo — nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat.* — 'amoris undae' iam in Pindari sunt fragmento 100, 3 Bgk. ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται. plurima vero eiusdem translationis sunt exempla in eroticis. cf. Iakobsium ad Achill. Tat. I 6 p. 10, 32, Heinrichium ad Mus. 332, Barthium ad Claudian. in Rufin. II 12. quorum exemplis non nisi unum addo ut hac quidem in re ceteris gravius, Nonni Dion. XLII 58 sq., ubi de Baccho Beroam depereunte haec dicuntur:

καὶ νόον ἀστήρικτον ὁμοίιον εἶχε θαλάσσῃ,
κύμασι παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο μερίμνης.

eadem vero in descriptione iam aliud antea lumen deprehendimus Cydippae surreptum.

Iam deinceps narrantur adulescentuli miserandi lacrimae nocturnae, tabescens corpus, oculi marcidi, in solitudinem secessus, secum habiti sermones, nil denique eorum omissum fuisse videmus, quae in amantibus commemorare vulgo solent serioris aetatis erotici veteres. et nox quo modo acuat doloris stimulos et amantium maxime augeat cruciatus, is omnium communis locus. Prop. IV 17, 11: *semper enim vacuos nox sobria torquet amantes,* | *spesque timorque animum versat utroque modo.* cf. Ov. met. VIII 81 sq. Achilles Tat. I 6 multa philosophatur, cur noctu acrius crucientur amantes, quae derivata sunt ex Heliodoro I 8 init. cll. III 15. Nonnus Dion. XXXIII 263 sqq. de Morrheo:

πολυφλοίσβῳ δὲ μερίμνῃ
τήκετο Χαλκομέδης μεμνημένος· ἐν γὰρ ὁμίχλῃ
θερμότεροι γεγάασιν ἀεὶ σπινθῆρες ἐρώτων.

cf. X 274 sqq. quod ad oculos ex his insomniis *δεινῶς ὡρακιῶντας*, multorum instar sit unum Achillis Tat. exemplum, I 7, 3: *ἀνακροτήσας οὖν τὰς χεῖρας ἐξεγέλασε καὶ ἀναστὰς κατεφίλησέ μου τὸ ἐμφαῖνον πρόσωπον ἐρωτικὴν ἀγρυπνίαν καὶ 'ἐρᾷς' εἶπεν 'ἐρᾷς ἀληθῶς· οἱ ὀφθαλμοί σου λέγουσιν.'* quae imitatus videtur Eustathius III 3, 4. ad *δεινῶς ὡρακιῶν* cf. Hesych. *ὡρακιᾶν*. cll. Sapphus frg. 2, 13 sqq.

Ad eas autem Aconti vigilias Buttmannus l. c. p. 124 revocavit Callimachi frg. 150, quod legitur etym. m. p. 117, 16: *ὦρος καὶ ἄωρος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α μηδὲν πλέον σημαίνοντος· ὦρος γὰρ ὁ ὕπνος· Καλλίμαχος*

πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὦρον ἄπο

καὶ Σαπφὼ

ὀφθαλμοῖς δὲ μέλαις νυκτὸς ἄωρος.

cod. D *ἠλάσσασα ὦρον*. Hemsterhusius proposuit *ἤλασ' ἄωρον* vel *ἤλασεν ὦρον*. quorum hoc, quod Valckenarius amplexus est frgg. eleg. p. 293 longius abest a prodita scriptura, illud a Buttmanno acceptum duriores efficit numeros. et ducunt etiam etymologi verba eo, ut in priore exemplo malis *ὦρον* servari[1]). quare probabilis videtur haec correctio:

πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασαν ὦρον ἄπο.

possis *μερίμναι* supplere vel si quid habebis simile. quamquam alius fortasse coniciet *ἤλασας*. sed interpretationis varia potest ratio iniri. ad Cydippam vero hoc frg. non traxerim, quoniam illud *πολλάκι καὶ* parum conspirat cum Aristaeneteis: *δάκρυα μόνον, οὐχ ὕπνον αἱ νύκτες ἐπῆγον τῷ μειρακίῳ*[2]).

Ita igitur animo affectus, specie languidus pallidusque patris adspectum ferre non poterat, *εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφά-*

---

[1]) Hesychius: *ὦρος· ἡ νύξ*. quam glossam M. Schmidtius ad Callimachum dubitanter rettulit. idem: *ὠρίζει· ὑπνοῖ. ὁμιλεῖ. φροντίζει, μεριμνᾷ, ἀδολεσχεῖ.*

[2]) At huc referrem hexametri particulam quam Suidas s. v. *ἀηδών* habet *οὐδ' ὅσσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν*, a Naekio Hec. p. 251 improbabilius ad Hecalam revocatam. sed nescio an eam dissuadeat coniecturam Meineki disputatio de proverbiis paroemiacis, quae est in Theocrito Meineki p. 454 sqq. cll. p. 460.

σει τὸν πατέρα φεύγων ἐφοίτα. schol. Soph. Antig. 80 (Callim. frg. 26): τὰς γὰρ προφάσεις προχάνας ἐκάλουν, ὡς καὶ Καλλίμαχος

x ἀγραδετω πάσῃσιν ἐπι προχάναισιν ἐφοίτα

ἐν τῷ γ̄ Αἰτίων.

Quod Callimachi fragmentum ab Aristaeneto in illis esse expressum observavit Ruhnkenius ep. crit. II p. 178, cui assentiuntur Piersonus verisim. p. 99 et Valckenarius frgg. eleg. p. 222. proposita autem erat eis viris editionis Romanae scriptura ἀγροδέτω, unde Bentleius ἀγρόθι ποι, Toupius epist. crit. p. 481 ἀγρόνδε, Valckenarius ἀγρόσε τοι. quibus ne immoremur, redeundum ad Laurentiani scripturam ἄγραδε. huius enim formae integritatem confirmant Apollonius de adv. p. 594, 25. 616, 20. 617, 21, Ioannes Alex. p. 34, 7, Hesychius Ὠλέναδε, denique schol. Il. Π 697, ubi Lehrsius quaestt. ep. p. 41 ἀγρόνδε corrigit ἄγραδε. qui cum universi testatum faciant ἄγραδε dictum esse pro ἀγρόνδε, respiciunt manifesto ad illum ipsum Callimachi versiculum. nec dubitasset opinor Lobeckius ad Buttmanni gramm. max. II p. 351, utrum grammaticorum ἄγραδε pro nomine sit appellativo an proprio habendum [1]), si scholi Laurentiani veram nosset scripturam ἄγραδε. quid vero isto τω faciendum sit, haud satis liquet. τοί, quod voluit Valckenarius, rectissima Meineki observatione Callim. p. 143, τοί particulam a Callimacho utique vitari, reicienda evincitur. nec vero arridet Bentlei ποί licet Buttmanno probatum l. c. p. 351. equidem ubi paraphrastae singula verba cum Callimacheis compono, eo opinionis ducor, ut poetam scripsisse putem:

ἄγραδε τῷ πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα.

quae si ita interpretabere ‘ideo, scilicet, quia patrem reverebatur, rus itabat’, id unum poterit obici, quod illud τῷ malunt poetae initio versus ponere, si quidem sententiae continuitas

---

[1]) *Aus den Stellen der Grammatiker, die von ἄγραδε sprechen, ist es nicht klar, ob das Appellativ oder der Ortsname gemeint sei, den Hesych. Ὠλέναδε ὡς Ἄγραδε zu bezeichnen scheint. Bei Callimachus verbesserte Valckenaer ἀγρόσε.* Hesychi ἄγραδε ad illud Callimachi frg. post alios nuperrime rettulit Dindorfius ad Soph. Antig. 80. ceterum de adverbiorum huius generis prosodia exposuit Lehrsius quaestt. ep. p. 40 sqq.

hoc admittit[1]). quare statuo, τῷ respexisse ad praegressam patris, τοῦ τεκόντος[2]), mentionem et pependisse a participio aliquo, quod in sequentis pentametri initio positum ita responderit Aristaeneti [τὸν πατέρα] φεύγων, ut eandem quidem vim haberet, sed verbi esset et dativum regentis et rarioris illo reconditiorisque. quale in praesentia sane non succurrit.

Acontium autem Laertem inde appellant amicorum procaciores, adulescentulum agricolam factum esse rati. contulit Lambecius Aeneae sophistae locum epist. 2 p. 422 editionis epistularum Graecanicarum quae Cuiaciania immerito dicitur: *Λαέρτης ὁ γέρων οὐκέτ' ἤθελεν εἶναι βασιλεὺς οὐδ' ἀνθρώπων ἄρχειν, ἀλλὰ κηπουρός τε εἶναι καὶ τῶν δένδρων ἐπιμέλεσθαι. σὺ δέ μοι δοκεῖς ἐζηλωκέναι τὸν ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ἂν τὴν πόλιν καὶ τοὺς σαυτοῦ ἀπολιπὼν χρόνον οὕτω μακρὸν ἐν ἀγρῷ προσκαθήμενος τοῖς φυτοῖς διῆγες λαλῶν.* quorum extrema maxime Callimachi produnt imitationem. sed adest aliud testimonium, quo patet Laertem in proverbio fuisse. Plut. v. Cic. 40: *τὸ μὲν οὖν πλεῖστον τοῦ χρόνου τούτου περὶ Τοῦσκλον ἐν χωρίοις αὑτοῦ διάγων ἔγραφε πρὸς τοὺς φίλους Λαέρτου βίον ζῆν* e. q. s. Laertis autem memoria ut tam ridiculam indueret notionem, qualem prae se fert apud Aristaenetum, id per comicos poetas effectum esse Laertem in scenam producentes, facile suspiceris. ceterum doctae tales comparationes e fabulis petitae huic utique propriae generi. velut Clearchus narraverat in eroticis: *Ἠριφανὶς ἡ μελοποιὸς Μενάλκου κυνηγετοῦντος ἐρασθεῖσα ἐθήρευε μεταθέουσα ταῖς ἐπιθυμίαις. φοιτῶσα γὰρ καὶ πλανωμένη πάντας τοὺς ὀρείους ἐπεξῄει δρυμούς, ὡς μῦθον εἶναι τοὺς λεγομένους Ἰοῦς δρόμους.* ita Athenaeus XIV p. 619 c. nec alienus est Aristaeneti locus II 13 p. 166: *ἐγὼ δ' ἀφυπνισθεῖσα πρὸς ἐμαυτὴν ἐβόων τοῦτο· 'οὐκ ἔστιν Φιλωνίδης, ἀλλὰ Θησεύς.' κοιμωμένην καταλιπὼν ᾤχου· Ἀριάδνην με πᾶσαι*

---

[1]) Arcuerim enim talia exempla, quale est Callim. in Iov. 80:

ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ γένος οὐδὲν ἀνάκτων
θειότερον· τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λάξιν.

[2]) Etenim poeta ipse vel *τεκών* vel *τοκεύς* vocem hoc loco adhibuerat. cf. frg. 118. in Cerer. 48, frg. 11 et 256.

καλοῦσι· σὺ δέ, Θησεῦ, ἐμοὶ καὶ Διόνυσος [γένοιο]. οὐκ ἐβόμβει σοι τὰ ὦτα, ὅτε e. q. s. nam ita fere haec videntur esse corrigenda.

Interim Acontio non vineta curae, non ligo. silvas petit et arboribus animi effatur desideria ac tormenta. etenim

XI *κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀνίαι,*
ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφῆκε μίαν,
ἢ φίλον οἷ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἢ ὅγε κωφαῖς
ἄλγεα μαψαύραις ἄσχετ' ἂν ἐξερέῃ.

eos enim versus (Callim. frg. 67) a Stobaeo floril. CXIII 6 asservatos satis certa ego coniectura huc revoco, Cydippae illud fragmen et ambitu et indole omnium longe luculentissimum. ac patet cum ipsum argumentum tum etiam mollem versuum colorem in praesentem locum insigniter convenire. obicies, quod v. 2 in etymol. m. p. 290, 5 his inducitur verbis: *καὶ πάλιν Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐλεγείοις*

ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν.

at hac in re miris imaginibus viri docti sunt elusi. nam cum Ernestius et Valckenarius animos induxissent, Callimachi elegorum quicquid superesset ab aetion ut quae heroicis versibus conscripta fuissent fragmentis sedulo esse seiungendum, et Valckenarius etiam quae invenire poterat *elegiarum fragmenta* tamquam unius corporis disiecta membra in eundem pravissimi consili pretique non ita magni librum confersisset, relicui Bentleium secuti veritatemque agnoscentes apertam aetia quidem elegiacos numeros habuisse statuerunt, sed non minus tamen quam illi peculiarem aliquam elegiarum sumpsere conlectionem ab aetiis diversam, qua lyrici potius quod dicunt argumenti elegias comprehensas fuisse censuerunt. at miror equidem, horum nemini in oculos incurrisse eam repugnantiam, quod in Bentleiana fragmentorum editione sub titulo *ἐλεγεῖα* post magnificas elegiarum Battiadae laudes ab antiquis auctoribus celebratas nihil quicquam de laudatissima poesi in medio ponitur, praeter unum id fragmentum, quod Cydippae id est aetion libro III modo vindicavimus. eum vero errorem iam liberrima ratio qua veteres elegorum elegiarumque notione utuntur arcere debebat. at vero liquidis argumentis quid rei esset nunc

docuit O. Schneiderus prolegg. in aet. p. 1 sq. *ita enim iudico, elegiarum Callimachearum fragmenta si quando in libris suis usurpaverint veteres, non elegiae sed aliquo proprio elegiarum nomine usos esse. quod non ita nunc intelligi volo, quasi suum cuique fuerit elegiae proprium nomen, quamquam a veritate ne hoc quidem plane abhorret, ut docet Cydippe, docent a Suida servati tituli unus et alter, velut* Ἐλπίδες[1]), *sed totum elegiarum Callimachearum corpus praeter* ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν εἰς Σωσίβιον *et* πλοκαμὸν Βερενίκης *et si quas alias elegias oblata solemni aliqua occasione poeta scripsit, communi puto* Αἰτίων *nomine comprehensum fuisse, i. e. Callimachi elegias non fuisse diversas ab eo poetae libro saepe laudato, quo ille, per somnium abreptum se e Libya in Heliconem montem et cum Musis colloquentem fingens, narravit quae Musae* εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων Ἡρώων αἴτια καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι, *ut est apud incertum poetam in Anthol. Palat. VII,* 42[2]). Schneidero autem qui adversatus est Rauchius fumum vendit. is enim in libello de aetiis scripto p. 9 cum illud frg. de quo nunc agitur tum frgg. 11 et 106 epigrammatis mavult adscribere, quamquam istorum fragmentorum quae omnium sunt fere nobilissima ratio atque indoles quanto opere ab epigrammatum Callimachi arguta et adstricta brevitate abhorreat dici vix potest. et frg. 11 quidem a Stobaeo flor. CXV 11 assignatur τῷ πρώτῳ ἐπῶν, i. e. αἰτίων. hanc enim Bentlei emendationem nemo facile permutabit Rauchiana ἐπιγραμμάτων. ac Stobaei codex Vossianus cum eodem loco pro aetiis commemoret ἐλεγεῖα nonne et ipse eo ducit, ut ἐλεγεῖα ab αἰτίοις putemus non diversa? cavendum

---

[1]) De eo quidem titulo aliter ille statuit nuperrime de Callimachi operum tabula etc. p. 9.

[2]) Ipse Callimachus aetia sua elegos simpliciter dixit in eo disticho, quo finem fecit caussarum prooemi, frg. 121 (Pind. schol. Nem. IV 10, cf. nunc Tychonis Mommseni schol. German. in Pind. Ol. p. X):

ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα δὴ πουλὺ μένωσιν ἔτος.

ac vidit iam Heckerus comm. Call. p. 53 hos versus ad aetia pertinere. — ceterum idem l. c. p. 143 frg. 67 iunxit cum Callimachi verbis apud Apollon. de pron. p. 399 ἑά τοι κήδεα λέξον. quod ob illa ἢ ὅτε κωφαῖς e. q. s. ferri non posse in oculos incurrit. praeterea v. Meinekium ad Callim. p. 143 sq.

autem diligentissime est, ne ob externam speciem ab aetiis ea abiudicemus fragmenta, quae ob alias quascumque caussas eis videntur esse adiudicanda. nam quibusdam cognoscitur indiciis, Callimachum cum gnomas quas dicunt suique sensa animi crebro inseruisse tum rerum suarum memoriam identidem immiscuisse. quae si contemplare, facile conliges, qualem ille prodiderit prudentiam rectique conscientiam, cum materiae suae elegiacos numeros adhibuerit. atque huius generis qui color fuerit ut accuratius dignoscatur, vel versus modo aetiis a nobis vindicati non levis sunt momenti.

Verborum scripturam in tam insignis notae fragmine parum esse expeditam aegre ferimus. totum autem ad eam formam supra redegimus, quae nobis integrior certe visa est. v. 2 vulgatae lectioni *ἀφεῖλε* elegantiorem praetulimus eam quam habet codex Vossianus etymologici magni a Meinekio quoque in Stobaeum traductam *ἀφῆκε*. recepta enim poetis locutio *ἀφιέναι* (sedare) *ὀργήν*, *γόους* et quae his sunt similia. versum 3 codex Stobaei Parisiensis qui est B apud Gaisfordium et, quod gravius est, liber Vindobonensis (cf. Gaisf. praef. ad Stob. flor. p. VII) praebent talem:

ἢ φίλον ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἢ ὅτε κωφαῖς.

itaque iam abiciendi omnes isti infelices sunt conatus, quibus viri docti Trincavellianae editionis mancae scripturae succurrere decertarunt:[1])

ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἢ ὅτε κωφαῖς.

facile vides proclivi scribae lapsu a primo *ἢ* ad alterum transilientis mutilum in eo qui adhibebatur codice versum prodiisse. at enim ne plenus quidem iste versus vitio caret. namque oppositio illa inter *φίλον* et *συνέμπορον* prorsus absurda est. itaque ne quid molirer audacius scripsi: *ἢ φίλον οἵ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον*. h. e. 'si ad sodalem sibi carum' vel 'si ad sodalem sui amantem' e. q. s. comparo Homericum *φίλος μοι ἑταῖρος* eiusdemque alia. praeterea coniecturam ut non necessariam ita percommodam recepi Heckeri comm. Call. p. 144 *ἢ*

[1]) Eis quae apud Blomfieldium proponuntur adde coniecturas Santeni et Huschki in huius epist. crit. in Prop. p. 32.

ὅγε κωφαῖς pro ἢ ὅτε κωφαῖς. qui apposite contulit Il. Γ 109 et Callim. in Dian. 150:

ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο μάλα μέγαν ἢ ὅγε χλούνην
κάπρον ὀπισθιδίοιο φέρων e. q. s.

addo Apoll. Rhod. Γ 1239 sq.

οἷος δ' Ἴσθμιον εἶσι Ποσειδάων ἐς ἀγῶνα
ἅρμασιν ἐμβεβαὼς ἢ Ταίναρον ἢ ὅγε Λέρνης
ὕδωρ ἠέ e. q. s.

v. 4 libri ἔσχατον, quod non videbatur sanum cumque sermone Graeco convenientem habere explicatum. quapropter correxi ἄσχετ' ἄν, quod perbene quadrat in sententiam. sunt enim ἄλγεα ἄσχετα dolores tam vehementes, qui non iam coerceri queant atque reprimi. in Il. Π 548 sq. est πένθος | ἄσχετον, οὐκ ἐπιεικτόν. ac solet Callimachus Homericas locutiones non nisi deflectendo usurpare. nec minus Callimachea est variata constructio verbi ἐξερέῃ, quam rem alias percurram. respicit autem ni fallor hunc versum Hesychius ἄλγεα· ἀλγεινὰ κακά· ὀδύνας· πήματα, et fortasse ἐξερέῃ· ἐξηγῇ, ubi facile corrigendum est ἐξερέῃ· ἐξηγῆται. M. Schmidtius cum Albertio ἐξερέῃς· ἐξηγῇ. at eiusdem glossam μαψαῦραι· αἱ μάταιαι [ἄιμμαι] ἢ κοῦφαι πνοαί[1]) ad Hesiodi theog. 872 rettulere, ubi scholiasta adnotat: κεναὶ καὶ μάταιαι πνοαί.

Denique huius loci videtur memor fuisse qui et alia Callimachea habet (cf. Hemsterhusium ad Callim. frg. 185) Alciphro I 8: κἀγὼ τὰ πολλὰ ταῖς αὔραις διαλαλήσας e. q. s.[2]) aliquanto incertius est, quod Ruhnkenius Callimacheam sententiam ab Aristaeneto *Callimachiarum elegantiarum diligentissimo* putat expressam I 16 p. 78 Bo. ἅπας γὰρ δι' ὁτιοῦν ἀχθόμενος τὴν ψυχὴν τὸ λυποῦν ἐκλαλῶν ἐπικουφίζει τῆς ἀδημονίας[3]) τὸ

---

[1]) Nam ἄιμμαι quod coniecturis improbabilibus tentarunt viri docti delendum puto, cum dittographia litterarum AIMATAIAI ortum videatur.

[2]) *Ventis curas committere* quaeque his sunt similia plerumque in contrarium fere dicuntur sensum. cf. Sapphus frg. 18 Bgk., Theocr. XXII 167 sq., Apollon. Rhod. I 1334 sq., Nonn. XLVIII 785, Catull. LXIV 164, Hor. carm. I 26 init. ubi v. Mitscherlichium.

[3]) Codex τῇ διανοίᾳ. Ruhnkenius τῆς ἀδημονίας, Huschkius l. c.

βάρος. nam is rhetorum communis locus est. cf. Boissonadium ad Aristaen. l. c. et ad Nicet. Eugen. p. 105, 137, 404. nec magis hoc affirmaverim de Gregorio Naz. carm. II 1, 265 p. 312 Caillau: *ξυναὶ καὶ μελεδῶναι ἐλαφρίζουσιν ἀνίας*, vel de Nonno XLII 214 sq. prorsus diversa Callimacheis comparat Iakobsius Achill. Tat. ad p. 152, 22.

Cydippae eos versus, quibus Acontius in solitudine abditus suos promebat solliciti amoris sensus, antiquo tempore haud leviter animos commovisse magnaque viguisse gloria, quibusdam vestigiis constat. ac profecto insignes fuisse videntur iucunda quadam mollitudine, quae in Alexandrina demum poesi, postea in fabulis amatoriis, quorum scriptores Alexandrinorum poetarum fuerunt heredes, utique obtinuit. eumque somniculosae paene meditationis amantibus in primis convenientis tenerum colorem, simul rerum naturalium cogitando in societatem humanorum sensuum trahendarum mollem istam rationem, haec igitur quae eo continentur genere, quod romanticum dicere nosmet consuevimus, quo modo Alexandrini poetae excoluerint, Callimachi docet Cydippa notabili admodum nec insuavi exemplo.

'O arbores, clamabat Acontius, cur non mens vobis indita non vox, qua unum omnes hoc pronuntietis "Cydippa pulcra"? utinam singulis foliis tot insculptas saltim litteras feratis, quot pulcram appellent Cydippam!' et mox 'num quod vobis quoque, meae arbores, mutuum desiderium inest, num pinum fortasse cupressus deperit? non credo. nam ita non folia tantum mitteretis nec soli rami suo flore privarentur, sed deus ad ossa certus ipsum etiam truncum et radices ignibus absumeret atque conflagraret.' compararunt Achill. Tat. I 17, 3: *ὁ δὲ λόγος, ἄλλο μὲν ἄλλου φυτὸν ἐρᾶν, τῷ δὲ φοίνικι τὸν ἔρωτα μᾶλλον ἐνοχλεῖν* e. q. s. quem locum transtulit totum Nicetas Eug. IV 142 599.[1]) at his gravior est aperta Callimacheorum imitatio Properti I 19 sq.

---

p. 31 *τῆς ἀνίας*, Boissonadius *τῆς διανοίας.* Achill. Tat. I 6, 3: *ἐπικουφίζει τῆς νόσου τὴν ἀκμήν.* et I 8, 11: *ἐπικουφιεῖ δέ μοι τὸ γυμνάσιον τῆς ψυχῆς τὸ λυπούμενον.*

[1]) Palmarum quidem amores ab inferioris aetatis scriptoribus, maxime rhetoribus, non raro commemorantur. cf. Iakobsium Achill. Tat.

vos eritis testes, si quos habet arbor amores,
fagus et Arcadio pinus amata deo.

componemus autem latius evagantes alia nonnulla consimilem habentia colorem, quorum comparatio non erit infructuosa.[1]) Achilles Tat. I 15, 2: *ἔθαλλον οἱ κλάδοι, συνέπιπτον ἀλλήλοις ἄλλος ἐπ' ἄλλον, ἐγίνοντο τῶν πετάλων περιπλοκαί, τῶν φύλλων περιβολαί, τῶν καρπῶν συμπλοκαί· τοιαύτη τις ἦν ὁμιλία τῶν φυτῶν. ἐνίοις δὲ τῶν δένδρων τῶν ἁδροτέρων κιττὸς καὶ σμῖλαξ περιεπεφύκει, ἡ μὲν ἐξηρτημένη πλατάνου καὶ περιπυκάζουσα ῥαδινῇ τῇ κόμῃ· ὁ δὲ κιττὸς περὶ πεύκην ἑλιχθεὶς ᾠκειοῦτο τὸ δένδρον ταῖς περιπλοκαῖς, καὶ ἐγένετο τῷ κιττῷ ὄχημα τὸ φυτόν, στέφανος δὲ ὁ κιττὸς τοῦ φυτοῦ.* Longus I 23, 2: *εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν ἠρέμα ῥέοντας καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας καὶ τὰ μῆλα ἐρῶντα πίπτειν χαμαὶ καὶ τὸν ἥλιον φιλόκαλον ὄντα πάντας ἀποδύειν.* ad quae v. Seilerum p. 197. Nonnus III 142 sqq.

καὶ ἄρσενα φύλλα πετάσσας
θηλυτέρῳ φοίνικι πόθον πιστώσατο φοῖνιξ,
ὄχνῃ τ' ἀγλαόκαρπος ὁμήλικι σύμφυτος ὄχνῃ
ὄρθριον ἐψιθύριζεν, ἑλισσομένη δὲ κορύμβοις
γείτονα πιαλέης ἐπεμάστιε θάμνον ἐλαίης
εἰαρινοῖς ἀνέμοισιν ἀναινομένῃ παρὰ δάφνῃ
σείετο μύρσινα φύλλα e. q. s.

quibuscum conspirant fere ut eundem fortasse Alexandrinum habeant auctorem Claudiani versus epithal. 65 sqq.

vivunt in Venerem frondes omnisque vicissim
felix arbor amat. nutant ad mutua palmae

---

ad p. 23, 16. et de coitu quodam palmarum iam Theophrastus exposuit hist. plant. II 8, 4. Basilius magnus in hexaem. homil. V p. 47 ed. Paris. 1721 ..... *οἵ γε καὶ τοὺς φοίνικας εἰς ἄρρενας καὶ θηλείας διιστῶσι· καὶ ἴδοις ἄν ποτε τὴν παρ' αὐτῶν ὀνομαζομένην θήλειαν καθιεῖσαν τοὺς κλάδους οἷον ὀργῶσαν καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένην τοῦ ἄρρενος.* quibus eorum admonemur, quae loco inlustri Humboldtius Kosmos II p. 27 sqq. de Basilio disputavit.

[1]) Sciens omisi nota bucolicorum exempla, quae haud raro secutus est Nonnus. quem v. XV 297 sqq. 389. XVI 224, XLVI 266 sqq. cf. Koehlerum die Dionysiaka des Nonnus p. 75, 1.

foedera, populeo suspirat populus ictu,
et platani platanis alnoque adsibilat alnus.

Nonnus XXXII 86 sqq.

καὶ κρόκος ἐβλάστησε Κίλιξ καὶ ἐφύετο μῖλαξ,
θήλεϊ δ' ἄρσενα φύλλα συνέπλεκε γείτονι ποίῃ,
οἷα πόθου πνείων καὶ ἐν ἄνθεσιν ἁβρὸς ἀκοίτης,
καὶ λέχος ἀμφοτέρων ἐπεκόσμεε διπλόος ὄρπηξ,
Ζῆνα κρόκῳ πυκάσας καὶ μίλακι σύγγαμον Ἥρην·
καὶ Διὸς ὀξὺν ἔρωτα νοήμονι δείκνυε σιγῇ
ἱμερόεις νάρκισσος ἐπιθρώσκων ἀνεμώνῃ.

cf. ibidem XVI 270—291. et XLII 301 sq.

ἠνίδε πῶς ὑάκινθος ἐπέτρεχε γείτονι μύρτῳ,
πῶς γελάᾳ νάρκισσος ἐπιθρώσκων ἀνεμώνῃ·

eiusdem versuum XII 122—137 ultimos tantum proponimus:

καὶ πίτυς αἰάζουσα συνέμπορος ἥλικι πεύκῃ
λεπταλέον ψιθύριζεν· ἀκερσεκόμου δὲ καὶ αὐτὴ
Φοίβου δένδρον ἐοῦσα κόμην ἀπεσείσατο δάφνη
πενθαλέοις ἀνέμοις, λιπαρὴ δ' ἄτμητος ἐλαίη
φύλλα χαμαὶ κατέχευε, καὶ εἰ φυτὸν ἦεν Ἀθήνης.

similiter Ovidius met. XI 45 sq.

te rigidi silices, te carmina saepe secutae
fleverunt silvae, positis te frondibus arbos
tonsa comam luxit.

quales versus apte iam traducere possent ad eius modi fabulas, qualis est Phyllidis a Callimacho in aetiis celebrata vel nota illa de arboribus in tumulo Protesilai positis. at hisce quidem nunc abstinendum est, cum ad maiora ducant, quam quae in transcursu digna cura possint explicari.

Quod Callimachus memoravit *φυλλόρροιαν* ut signum amoris arborum, in eo singularis elegantia inesse videtur. etenim si cui inter commissationem corona capiti imposita demittebat folia marcida, hunc conligebant amoris ignibus torreri.[1]) sic Callimachus epigr. XLIII:

---

[1]) Cf. Beckerum Charikl. I p. 240, Iakobsium ad anth. Gr. tom. VI p. 265.

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν. ὡς ἀνιηρὸν
πνεῦμα διὰ στηθέων εἶδες ἀνηγάγετο,
τὸ τρίτον ἡνίκ' ἔπινε, τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
τὠνδρὸς ἀπὸ στεφάνων πάντ' ἐγένοντο χαμαί;[1])
ὤπτηται μέγα δή τι. μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

cf. Athen. XV p. 669c et epigramma Asclepiadis anth. P. XII 135. potest tamen ille quoque mos respici, quo lugentes serta deponebant. cf. Athen. XV p. 675 a.

Et attendas etiam, quod genus arborum poeta elegerit. cupressum *atram* in primis decet luctus ac tristitia, cum arbor sit lugubris. cf. Boetticherum Baumkultus p. 487 sqq. ac pinus in fabulis quoque amatur, quam Pan et petiit virginem nec postea in arborem mutatam non dilexit, sicut Propertius l. c. *Arcadio pinus amata deo.* cf. Seilerum ad Longum II 7 p. 222 sq. Ovidius a. a. III 692 pinum dicit *cultam*. ceterum et cupressus fabulis nobilitata erat inque hominum quasi familiaritatem venerat. cf. Ov. met. X 106 — 142, Serv. ad Aen. III 64, 680 [2]).

Totus vero hic locus, quem universim iam descripsimus, qualis fuerit apud Callimachum prope modum non nisi ex Aristaenetea cognosci paraphrasi aegre ferimus. etenim unum superest quo illum inlustremus poetae fragmentum. nam ab Aristaeneteis *ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν* proxime abesse apparet Callim. frg. 101, quod est in schol. ad Aristoph. Ach. 144: *ἴδιον ἐραστῶν ἦν, τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις ἢ δένδροις ἢ φύλλοις οὕτως· ὁ δεῖνα καλός. καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ·*

ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε XII
γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Bentleius quamvis paraphrasis Aristaeneteae esset ignarus correxit *ὅσσ'*, cum Aldina haberet *ὡς*, et *φλοιοῖσι*, scho-

---

[1]) Ita enim interpungendum est.

[2]) Hi narrant Cyparissum iuvenem in arborem esse transformatum. alii referunt puellam fuisse Cyparissam. cf. Boetticherum l. c. p. 490. namque Servius ad Aen. III, 64: *duo eius sunt genera, nam quae sterilis est, femina dicitur .... contra mas latius spargit ramos* e. q. s.

liastam sane scripsisse φύλλοισι confessus.[1]) *notandum φύλλοισι, quam lectionem tutatur ipse scholiastes: si enim apud hunc quoque legeris, δένδροις ἢ φλοιοῖς, bis eandem rem dixeris. Idem quippe est inscribere arboribus ac corticibus. Bona tamen grammatici huius venia, liceat nobis restituere φλοιοῖσι (quod scribebant φλυοῖσι) pro φύλλοισι. Quis enim amator adeo insulsus, ut amatae nomen perituris foliis inscribat?* nec mirum est, postea accedente testimonio Aristaeneti, qui habet κατὰ τῶν φλοιῶν, illam omnibus certissimam visam esse emendationem. ac Piersonus verisim. p. 99 ex Aristaeneto reducere etiam voluit ἐνὶ δὴ φλοιοῖς κεκολαμμένα, quam tamen coniecturam ipse postea reiecit indicante Valckenario Callim. frgg. eleg. p. 211. nihilo setius fateor equidem, Bentlei correctionem mihi non solum certam non videri, sed ne probabilem quidem. et ab auctoritate quidem scriptura quae est φύλλοις altera inferior duntaxat non est, si quidem φύλλοισι scriptum legit scholiasta, φλοιοῖσι ab Aristaeneto scriptum quidem esse certum videtur, lectum non item certum. verum enim hoc non premo. nam sententia maxime me movet ut φύλλοισι malim. etenim usitatissimo sane more corticibus nomina inscribebant Graeci.[2]) ac tam vulgare hoc erat et cuivis factu facile, ut tuo iure quaeras: cur tandem Acontius, si Cydippae nomen arborum corticibus insculptum legi voluit, non insculpsit ipse?[3]) qui si altero loco tacitam tantum arborum confessionem modestius expetit, multo convenientius et pulcrius fingitur

---

[1]) Idem habet Suidas καλοί et ὁ δεῖνα καλός, qui ipsum illud scholium excripsit.

[2]) Cf. Boetticherum Baumk. p. 52 sq., Beckerum Charikl. I p. 351.

[3]) Sensit hoc Buttmannus, qui dicit l. c. p. 126: *Dies letzte* (scil. ἢ γοῦν — καλήν) *ist freilich noch alberner: denn er durfte ja nur selbst die Worte einschneiden. Doch so hatte Callimachus auch wirklich gedichtet* e. q. s. at quo modo Buttmannus differre velit Aristaeneti sententiam a Callimachea, ut in ea vere fuerit φλοιοῖσι, non capio. nam apud Callimachum quoque Acontius non profitetur, se iam arboribus inscripturum Cydippae nomen. produnt autem ea quae secuntur Buttmanni verba, eum scholiastae mentem non esse assecutum. ceterum eis quae supra disputavi corruunt etiam Cobeti crimina, qui ait mnem. IX p. 152: *Poterat ipse puer eas litteras amatorum more in corticibus arborum inscribere, sed flebiles querelas fundere maluit.*

cupiisse, ut singulis foliis illa inscripta legeretur. et admonere in promptu est γραπτᾶς ὑακίνθου, ut ait Theocritus X 28, vel πολυθρήνου, ut Nicander ther. 902, cuius foliis litteras AI inscriptas dignoscere veteres sibi videbantur. sed magis etiam valet ad sententiam meam confirmandam Nonnus Dion. XLVIII 617 sqq.

ὣς εἰπὼν ἐς Ὄλυμπον ἐπείγετο καὶ πτερὰ πάλλων
εἰαρινοῖς πετάλοισιν ἐχάζετο τοῦτο χαράξας·
'νυμφίε, λέκτρα τέλεσσον' e. q. s.

unde nolo equidem conligere, antiqua memoria idem facere mortales consuesse, quod de Cupidine hisce narratur. quem olim morem viguisse suo facile usus iudicio e versibus Callimacheis scholiasta Aristophanis conclusit. quamquam iste Boettichero quidem l. c. p. 53 id ipsum persuasit[1]).

At qua vero, inquies, ratione fieri potuit, ut Aristaenetus φλοιούς memoraret, si quidem eorum loco φύλλα Callimachum habuisse verum est? an rhetorem corruptelae culpa in suo exemplo legisse statuis φλοιοῖσι? minime equidem, sed alio fert suspitio. namque mihi Aristaeneti verba ἦ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα comparanti cum Glauci epigrammate a Bentleio iam allato anth. P. IX 541 v. 4

ναὶ ναί, Πὰν συρικτά, καὶ εἰς αἴγειρον ἐκείναν
σοί τι κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε λέγειν

perprobabile videtur, rhetorem et huius epigrammatis et vero usitatissimi amantium moris memorem Callimachi Glaucique versus quodam modo contaminasse. eodem enim modo iam antea illum a Callimacho desciscentem in tritam viam declinasse vidimus. aliud nunc praeripiam. quod Acontium statim exclamantem facit ὢ δυστυχὴς ἐγώ, idem apud Callimachum erat λῖρος ἐγώ. et cum hoc significaret *impudens* vel *atrox*, vocem perraram ab Aristaeneto non recte esse intellectam Buttmannus l. c. p. 127 et Cobetus mnem. IX p. 152 sq. crediderunt. immo

---

[1]) Quod ille addit: *Wahrscheinlich stach auch Phaidra den Namen Hippolytos in die Blaetter jenes Myrtenbaum's der Aphrodite Kataskopia,* id nullo modo e Pausaniae verbis II 32, 3 et I 22, 2 conligere licet.

vero id substituit ille, quod consimili nexu apud fabularum scriptores dicere amantes memoria referret. Achilles Tat. V 25, 2 ὦ δυστυχὴς ἐγώ, Xenophon Eph. V 10, 8 ὦ πάντα, ἔλεγεν, ἐγὼ δυστυχής, I 4, 1 τί πέπονθα ὁ δυστυχής, cf. I 4, 6, Heliod. II 1.

His igitur perpensis eo adducor, ut recte habere frg. illud arbitrer, quale a scholiasta praebitum supra scripsi. nec ullam video caussam, cur Bentleium sequentes Bergkiumque anth. lyr. p. 126 legamus φορεῖτε pro eo quod proditum est φέροιτε.

Pergit Acontius: Κυδίππη, καλήν σε καὶ εὔορκον προσείπω ταχύ, quam dicendi figuram rhetor hinc videtur transtulisse in II 2 p. 134: ἄλλ' εἴθε μετὰ τῆς εὐπρεπείας ἐπαινέσομαί σε τῆς περὶ ἐμὲ προθυμίας. ea enim sententia Callimachus transitionem fecit ad timores Aconti, quos hic iam elocuturus est. nam metu angitur, ne Diana, qua in puniendo esse soleat severitate, Cydippam graviter ultura sit, quando periura illa sit futura. sibi ipse crimini dat, quod auctor virgini extiterit iurisiurandi, ut in se vertatur illius quod evasurum fortasse sit periuri poena preces facit. Ovidius ep. XX 127 sq.

in caput a nostrum dominae periuria quaeso
eveniant! poena tuta sit illa mea!

et hunc quidem locum rursus frustulo exiguo Callimacheae artis licet ornare. eius enim frg. 229

XIII λῖρος ἐγώ, τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φόβον

Piersonus verisim. p. 100 recte revocavit ad Aristaeneti haece verba: ὦ δυστυχὴς ἐγώ, τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον. cf. Valckenarium l. c. p. 228 sq. atque comprobatur hoc exemplo, quam ingeniosus veri sensus in Bentleio fuerit, qui quamvis paraphrasis nostra eum latuerit reiecta Salmasi coniectura ea quae supra leguntur elicuit e corrupta scriptura Hesychi s. v. λειριόεντα: λῖρος ἐγὼ τίδες ὅταν δὲ ἐπέθηκα φόβον. at poetae verba a Bentleio nondum persanata indicat Meinekius, qui et olim Ztschr. f. A. 1849 p. 416 et nuper diatr. ad Callim. in Del. 54 scribi iubet τόνδ' ἐπέσεισα φόβον. et quod quidem contra proditam scripturam dicit ἐπιθεῖναι φόβον *graece non magis dici potuit quam latine 'imponere' timorem pro 'incutere'*, id minus verum

adhibuit argumentum. nam in Xenophontis Cyrop. IV 5, 41 legitur: *καὶ φόβον ἐπιτίθεσθε τῷ μὴ ποιοῦντι τὰ παραγγελλόμενα.* ac facile alia quoque huius locutionis certe consimilium exempla latent. at si poetico sermoni parum illam convenire Meinekius dixisset, profecto non obloquerer. contra *ἐπέσεισα* egregie commendatur eo, quod cum paraphrastae *ἐπῆγον* concinit ita, ut solo poetico colore discrepet. atque ut confidentius etiam Meinekiano invento accedam me movet frg. incerti poetae quod est apud Suidam: *ἐπέσειεν· ἐπανετείνετο·*

τοῖς δ' ἐπέσειε φόβον, ὥς αὐτίκα τεθνήξοντος.

cuius versiculi fortisan ipse Callimachus auctor fuerit. certe ex eis ille poetis est, qui Homerum aemulantes vocales breves ante voculam *ὥς* produxerunt [1]) (in Del. 193 *ἀνθέρικος ὥς*). et cum forma *τεθνήξοντος* comparo *ἑστήξειν* in Apoll. 15, quod Meinekium immerito sollicitasse puto. [2]) ceterum ipse olim conieceram *ἐφέηκα*, quo id potissimum Acontium deplorantem facerem, quod talem Cydippae metuendi caussam parasset. at nunc praefero *ἐπέσεισα.*

Eodem loco Acontium de Cydippa sollicitum, ne Diana effectrice in vitae discrimen ventura sit, has preces fecisse crediderim:

πότμον ἐλινύσειε δύην δ' ἀπόθεστον ἀλάλκοι. XIV

haec enim in unum videntur componenda. Suidas: *ἐλινύοντας· διατρίβοντας. ἢ ἐγχρονίζοντας. καὶ*

πότμον ἐλινύσειεν

---

[1]) V. Hermanni Orph. p. 700 ad Theocr. XXV 201 et p. 704 ad Apollon. I 1297 et IV 1145. de brevium syllabarum in consonantem exeuntium productione a Callimacho adhibita cf. Meinek. diatr. ad Callim. in Cer. 22.

[2]) Legitur ille versus non solum binis anecdoton Crameri Ox. locis quos Meinekius notavit, sed etiam etym. Gud. s. v. *εἱστήκειν* p. 173 .... *ἐξ οὗ καὶ ἑστήξω ὁ μέλλων, καὶ ὁ ποιητής· ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ' ἀρχαίοισι θεμελίοις.* illud *θεμελίοις* videtur ad *θεμείλοις* rariorem vocem ducere. Hesychius *θέμειλα· θεμέλια.* et Callimacho epigrammatarii quoque eam vocem debere videntur. cf. anth. P. app. 270, 3, IX 649, 1, XIV 115, 1 et Paulum Silentiarium Callimachi aemulum lectorem descr. S. Soph. v. 186, 189, 275. ceterum *θέμειλον* et Callim. in Dian. 248 commendatur Veneti et Regii (Parisini) auctoritate.

ἀντὶ τοῦ δυστυχίαν παύσειεν. quod frg. Heckerus comm. Callim. p. 108 ob verbum *ἐλινύειν* (cf. Callim. in Cer. 47 et frg. 248) Callimacho probabiliter, prorsus improbabiliter Hecalae [1]) assignavit. atque idem Suidas (Callim. frg. 302): *δύη, ἡ κακοπάθεια, ἡ δυστυχία, ὅθεν καὶ δοῦλος, δύηλός τις ὤν· Καλλίμαχος*

δύην ἀπόθεστον ἀλάλκοι.

ita enim Porsonus ad Toupium IV p. 489 ingeniose emendavit scripturam codicum *δύην ἄποθέν τ* (*ἀπόθεσθ'* B V E, *ἀπόθ' ἐσθ* A) *ἀλάλκοι*, delens simul ut interpretamentum verbi *ἀπόθεστον* quae libri addunt *ἣν οὐδεὶς ποθεῖ.* quamquam optionem ille dedit inter *ἀπόθεστον* et *ἀπόθητον*, quorum illud Od. ϱ 296 et a Lycophrone 540 usurpatum merito praetulere Naekius Hec. p. 250 sq. et Meinekius Callim. p. 239. et habet ipse Callimachus in Cer. 48 *πολύθεστος.*[2]) *δύη ἀπόθεστος* de morte apparet dictum *κατ' εὐφημίαν* satis frequentatam. ceterum si commodius illa attribui putabis Acontio de fatali Cydippae morbo iam certiori facto, non valde equidem reluctabor. sed tum Apollinem, non Dianam advocari putaverim auctore Ovidio ep. XXI 173 sqq.[3])

Tali Acontius angore pressus consilium capit Athenas proficiscendi, ut praesens viseret Cydippam, vel audiret certe cominus, quid ageret illa, num salva adhuc et incolumis

---

[1]) Heckerus: *de Theseo dictum videtur.* sed cui dictum, quo nexu dictum? simili ille levitate ac tamquam ludibunde multa Callimachi fragmenta Hecalae obtrudit, ne indicans quidem distincte, qualem animo sibi informarit nexum. addit idem: *hoc loco insolenter activa significatione dictum est, fortasse tamen Suidas locum non intellexit aut codice vitioso usus est.* sed exputari nequit, quae alia possit sive interpretatio seu scriptura statui. Callimachus verbum *ἐλινύειν* duplici vi adhibuisse videtur analogia verbi *λήγειν* quod item et *παύειν* significat et *παύεσθαι.* atque extant alia sat multa quae sint similia.

[2]) Callimacheum fortasse frg. continetur Hesychi glossa *ἄθεστος Ἐριννύς. σκληρή, ἣν οὐχ οἷόν τε ἐξιλάσασθαι. ἄθεστος Ἐριννύς olim forte in fine versus hexametri locum habuit* Koenius ad Gregorium Cor. ed. Schaefer. p. 529. Meinekius Callim. in Cer. 134 *ἐπίθεστα* coniecit, sed me iudice minus probabiliter.

[3]) Naeki coniectura, verba *δύην ἀπόθεστον ἀλάλκοι fortasse ex precibus Hecales pro Theseo* esse, ut omnes quibus hunc locum perincertum exornavit tam nullo nititur fundamento, ut vix ullam fidem habeat. ac ne apparet quidem, quemnam Hecale verbo *ἀλάλκοι* indicare potuerit.

viveret. ea enim voluntas aperto prodi mihi videtur his verbis Aristaeneti: *μαθήσομαι μόνον ὡς μεμέληκέ σοι τῶν γραμμάτων.* 'eoque igni', pergit adulescentulus, 'liberans animum, non magis sanguini meo parcam, quam aquae ultro effusae.' nam non nisi ita sanum ista habebunt explicatum: *καὶ τοῦ σοῦ πρηστῆρος τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀπαλλάττων* e. q. s. eaque qui aliter interpretari voluerunt ita ineptiunt, ut ne digni quidem sint qui pluribus confutentur.[1]) quid vero? Acontiusne apud Callimachum dixit, se ideo Athenas profecturum esse, ut continuo ibi moreretur? id parum credibile est. nam sciscitari potius ibi vult, quo loco res suae essent, neque adhuc ipse boni eventus spem omnino abiecit, ut eis quae praecedunt liquido expressit. quod cum ita sit, quae iunxit rhetor *μαθήσομαι .... γραμμάτων* et *οὐχ ἧττον .... χεομένου* non cohaerebunt, nisi ad *καί* supplebis mente quae festinans epitomator omisit: si minus te iurisiurandi memorem cognovero. *τοῦ σοῦ πρηστῆρος* vertunt illi *tuae flammae,* quod esse volunt *mei in te amoris.* [2]) pro *amore* ut *ignis* vel *flamma* nude ponatur, id Latinis maxime poetis usitatissimum est. et potuit etiam optime a poetis dici *τὸ πῦρ σου*, *flamma mei erga te amoris.* certe Sophocles Philoct. 1039 dixit:

εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

divinitus immissum mei desiderium interpretatur Hermannus. unde licuit quoque *τὸ σὸν πῦρ.*[3]) minus vero consentaneum est, ut in eadem locutione *fulmen* substituatur, nec potest Callimachus tale admisisse. quem suspicor hoc loco potius memorasse amatoriam flammam Cydippae *πρηστῆρι* ortam, id est ex oculis illius quasi fulmina spargentibus. Ovidius XX 55 sq. *tu facis hoc oculique tui, quibus ignea cedunt | sidera, qui flammae causa fuere meae.* et 119: *serventur vultus ad nostra incendia nati.* Heliodorus I 2: *ὥσπερ ὑπὸ πρηστῆρος τῆς*

---

[1]) Recte illa intellexerunt Pauwius Abreschius Boissonadius. cf. etiam Cobetum l. c. p. 153. quamquam huius narratio non pura atque grata fluit, sed conviciis intermixtis lutulenta.

[2]) Hoc nemo interpretum probabiliter expediit. cf. Abreschium lectt. Aristaen. p. 51, Cobetum l. c. p. 153.

[3]) Cf. Schneidewinum et Nauckium ad Soph. El. 343.

οψεως βληθέντες. idem I 21: καὶ πλέον ἢ πρότερον αὐτὸν τῷ κάλλει καταστράψασα. et II 4: ὀφθαλμοὶ δὲ ἀφεγγεῖς οἱ πάντα τῷ κάλλει καταστράψαντες. Achilles Tat. I 4, 2: καὶ καταστράπτει μου τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ προσώπῳ. VI 6, 3: ἰδὼν δὲ ὁ Θέρσανδρος τὸ κάλλος ἐκ παραδρομῆς, ὡς ἁρπαζομένης ἀστραπῆς — μάλιστα γὰρ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κάθηται τὸ κάλλος — ἀφῆκε τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτήν e. q. s. Charito V 3, 9: ἐξέλαμψε δὲ τὸ Καλλιρρόης πρόσωπον καὶ μαρμαρυγὴ κατέσχε τὰς ἁπάντων ὄψεις, ὥσπερ ἐν νυκτὶ βαθείᾳ πολλοῦ φωτὸς αἰφνίδιον φανέντος. et a poetis quoque maxime serioribus eadem frequentatur imago. Apollonius Rhod. III 1016 sqq. τοῖος ἀπὸ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο | στράπτεν Ἔρως ἡδεῖαν ἄπο φλόγα· τῆς δ' ἀμαρυγὰς | ὀφθαλμῶν ἥρπαζεν. cf. Sophocl. frg. 430 Nck., anth. P. V 36, 3. 56, 3. XII 110. 127, 3 sq. 196. Nonn. Dion. XI 376, XXXIV 322, XXXV 172, XLI 254, XLII 236. v. Dissenium ad Tibull. IV 2, 5.

Edacis huius ignis ipsum absumentis memor ad arbores iterum versus ex eis quaerit, num et ipsae tali urerentur desideri flamma. quae cum antea iam persecuti simus, unum hoc nunc adicimus, quam id subtili arte poeta instituerit, quod totum sermonem Aconti ea ad arbores apostropha utrimque quasi cinxerit. quo quidem assecutus hoc est, ut universam orationem certo quodam tingeret colore.

Buttmannus, ubi verba ab Acontio ad arbores dicta commemorata essent, haec inserta fuisse arbitratur (Callim. frg. 236):

ἀλλ' ἐπακουοὺς
οὐκ ἔσχεν.

eaque vertit *niemand hoerte* vel *sie* (*die Baeume, Felsen u. s. w.*) *hoerten nicht auf seine Klagen*. quae tamen coniectura cum sit perincerta tum ne probabilis quidem mihi videtur. nam ut vera sit interpretatio Buttmanni, Callimachi verba eodem iure revocari poterunt ad Herculem, qui amissum quaerens Hylam nomen eius per montes clamitabat, ut est in Callimacheo fragmento 507 Blmf.

ἰύζων δ' ἀν' ὄρος.

cf. Rauchium l. c. p. 36. Apollon. Rhod. I 1272, Theocr. XIII 58, Prop. I 20, 49 sq. Valer. Flacc. III 596 sq. vel fortasse ad Phyllidem. cf. Ov. rem. 597. sed magis eo inclino, ut illa hoc

potius significare arbitrer: sed morem ei non gesserunt. quod de dis dictum puto aliqua ante commemorata precatione. cf. Callim. in Del. 116. ac video hoc frg. eadem ratione a Boissonadio ad Callim. p. 207 sq. explicari. aliter Heckerus comm. de anth. Gr. 1843 p. 269.

Continuo Athenas petit adulescentulus. quod licet rhetor non commemoret, omnino nunc dimittens Acontium ad nuptiarum usque mentionem, latere tamen vidimus in verbis *μαθήσομαι μόνον* e. q. s. itaque hanc quoque rem Callimachus praeivit poetae Latino. is enim ab Acontio in Cydippae patria urbe versante epistulam fingit ad illam perscribi, id est in eo rerum gradu, ad quem nunc pervenimus dum fabulae cursum sequimur.

Iam enim nos cum Aristaeneto subitarium parumque scitum transitum adhibente et cum ipso etiam Callimacho eodem ni fallor rerum ordine sed arte aliquanto maiore uso ad ea pergimus repetenda, quae interim Cydippae Delo regressae acciderant ante quam Acontius Athenas venerat.

Τῇ δὲ Κυδίππῃ πρὸς ἕτερον ηὐτρεπίζετο γάμος. καὶ πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων καὶ μ ε ι λ ι χ ό φ ω ν ο ι τοῦτο δὴ Σαπφοῦς τὸ ἥδιστον φθέγμα. ἀλλ' ἄφνω νενόσηκεν ἡ παῖς, καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας οἱ τεκόντες ἑώρων. Callimachea igitur condivit sophista Sapphus, ut supra Hesiodi, ambitiosa mentione. nec vero illam credas ipsam ei inspectam. impudenter enim despoliatum observarunt Philostratum sen. imagg. II 1: .... *τοσοῦτον ἁμιλλῶνται ῥοδοπήχεις καὶ ἑλικώπιδες καὶ καλλιπάρῃοι καὶ μ ε λ ί φ ω ν ο ι Σαπφοῦς τοῦτο δὴ τὸ ἥδιστον πρόσφθεγμα.* [1]) utrique scriptori idem esse proditum Sapphus verbum, nemo facile dubitabit. atque codex Aristaeneti ne habet quidem *μειλιχόφωνοι*, quae Merceri coniectura est, sed *μειλιχίφωνοι*, unde Iacobsius ad Philostr. recte effecit *μελίφωνοι*. [2]) cuius correctionis confirmant veritatem quae addit: *vocem a poetria Lesbia inventam ad eandem*

[1]) Vtrumque locum quam misere non ceperint interpretes nonnulli, ex Boissonadi notis videre licet.

[2]) Contra reicio ceteras eiusdem mutationes, quibus id voluit violentius efficere, ut singula Aristaeneti verba Philostrateis accuratius h. l. responderent. etenim solent isti variando imitari.

retulit Antipater in Anth. Pal. IX 66 τὰς μελιφώνου Σαπφοῦς, *μελίφθογγοι Μοῦσαι sunt ap. Pindar. Ol. VI 36.* quocirca Bergki improbo sententiam Sapphonem dixisse μελλιχόφωνοι. nam idem si dis placet dixere Sappho Philostratus Aristaenetus, μελίφωνοι. ac videtur illa de puellis canentibus hanc vocem et ipsa usurpasse, puto in aliquo epithalamio, quae et multa ab ea composita esse et praecipua gloria floruisse constat.

Ista autem paraphrastae in inserenda Sapphus memoria infidelitas vanitasque nos admonet, ut diffidentiores iam facti totam sententiam examinemus, cui illa inservit exornandae. et profecto ea est suspitiosa ut quae maxime. quid enim? hymenaeum iam cecinerant virgines ante cubiculum Cydippae, nimirum cum sponso illo a parentibus destinato concumbentis? minime vero. hoc ipsum enim, ut ne Cydippa rupto iureiurando illius uxor fieret, morbo est a dea cautum. cantabantur sane hymenaei etiam ante primum concubitum per nuptiarum sollemnitatem.[1]) sed ab Aristaeneto epithalamium denotari apparet. ac ne potest ita quidem errasse, ut diversa haec hymenaeorum genera confuderit. nam Ovidius XXI 43 sqq.

cumque dies caris optata parentibus i n s t a t,
immodicus pariter corporis ardor adest.
ei mihi! c o n i u g i i t e m p u s c r u d e l i s a d i p s u m
Persephone nostras pulsat acerba fores[2]).

vides igitur Callimachum morbo correptam prodidisse Cydippam a n t e nuptiarum diem, sed omnibus ad nuptias iam paratis, immo etiam sollemnitatibus iam incohatis oblatisque fortasse προτελείοις vel προγαμείοις, ut *pallia* v. 170 sollemnem vestitum indicare videantur. iam hos quoque mihi considera Ovidi versus l. c. 155—168:

nam quare quotiens socialia sacra parantur,
nupturae totiens languida membra cadunt?

---

[1]) Apud Hesiod. scut. 273 hymenaeus canitur, dum virgo ad sponsum ducitur. cf. de ea re Hartungium philol. III p. 238, C. F. Hermannum gr. Privatalterth. § 31, 15.

[2]) V. 45 emendavi librorum scripturam *et mihi coniugii.*

ter mihi iam veniens positas Hymenaeus ad aras
fugit et e thalami limine terga dedit,
vixque manu pigra e. q. s.

en quae sophistae halucinationum suarum ansam dedisse videantur. nam si eodem artificio non nimis venusto iam Callimachus usus est, quam valde probabilem iudico suspitionem, Aristaenetus vel temerario cumulandi studio abreptus vel quo locum pararet purpureo illi panno, dicō Philostrateae phrasi, epithalamium videtur effecisse ex Hymenaeo Cydippae appropinquante. et commode accidit, quod Nonni quidam versus extant Ovidianis ab sententia persimiles, Dion. VII 52 sqq.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
νυμφιδιὴν ἀχόρευτος Ἔρως ἀπεσείσατο πεύκην
τερπωλῆς χατέοντας ὀπιπεύων ὑμεναίους.

cf. Bionis epit. Adon. 87 sq.

ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος
καὶ στέφος ἐξεκέδασσε γαμήλιον e. q. s.

atque auget coniecturae fidem, quod in eadem descriptione plura Ovidius habet, quae Graecus auctor obtulisse videatur. nam cum versu 172

et face pro thalami fax mihi mortis adest

congruit plane, nisi quod figurati sermonis ornatu exuta est, Aristaeneti sententia: *καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας οἱ τεκόντες ἑώρων.* acumen autem illud admodum usu est frequentatum. ex eroticis nonnulla adnotarunt interpretes Aristaeneti, quibus addo Erinnam anth. P. VII 712, Meleagrum ibid. 182, Antonium Thallum ibid 188, Musaeum de Her. 308, Ovidium ep. II 120, fast. II 561, Propertium V 3, 13 sq. denique ea etiam, quae v. 170 sq. continentur, Callimacheum fere colorem referunt.

Postquam igitur parentes iam funus potius quam nuptias cogitantes suscepta abiecerunt sollemnia, de improviso convalescit Cydippa. iterumque thalamus apparabatur (*ἐκοσμεῖτο*), id est in recens extructo thalamo [1]) genialis torus adornabatur. Antipater anth. P. VII 711, 1 sq.

---

[1]) In Theocritei epithalami (id. XVIII) initio:

Ἤδη μὲν κροκόεις Πιτανάτιδι πίτνατο νύμφᾳ
Κλειναρέτᾳ χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων.

cf. Apoll. Rhod. IV 1139 sqq., Himer. or. I 4, Claudian. epithal. 213, Lucan. II 357. Nonn. Dion. V 91 Venus Cadmi ornat (ἐκόσμεε) thalamum. verum ante ceteros utilis est ad comparandum Xenophon Eph. I 8, 2.

Iam iterum aegrotat Cydippa, iterum nuptiae differuntur. eademque tertium etiam virgini accidunt, recuperata sanitas, nuptiae institutae, fatalis morbus. ita rebus habentibus Acontius venit Athenas. virginem in vitae discrimen adductam quaeque antea essent mirabilia facta statim fando accipit[1]), pervagata rei fama. apparere enim parentibus ab eisque praesens filiam in matrimonium petere verecundans [2]) clam sciscitatur, quid agat illa. Ovidius ep. XX 129 sqq.

ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro
anxius huc illuc dissimulanter eo.
subsequor ancillam furtim famulumve requirens,
profuerint somni quid tibi quidve cibi.

ea ratione totoque simul habitu tumorem animi atque incitationem dum invitus prodit factum videtur, ut nonnullorum in se verteret oculos et suspitiones. ep. XXI 51 sq.

neve nihil credas in te quoque dicere famam,
facta veneficiis pars putat ista tuis.

ac potest etiam apud Callimachum iam sermo fuisse de aliquo Aconti Cydippaeque commercio per nutricem facto, quod Acontius instituerit. eae enim nutricularum in fabulis eroticis solent esse partes, ut amantium conciliatrices sint, id quod e

---

Ἔν ποκ᾽ ἄρα Σπάρτᾳ ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ
παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι
πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο.

Meinekius scripsit *νεοδμάτω θαλάμω*, Koechlyus akademische Vortraege und Reden I p. 408 praetulit *νεοκμάτω*. nonne reponendum *νεορράπτω*?

1) Errat enim Buttmannus l. c. p. 118.

2) Ov. ep. XX 73 sqq. rogat Acontius ut admittatur vel (v. 79) advocetur ad Cydippam, cui rhetorico artificio servum sese offert. respondet illa XXI 213: *quid tamen huc venias?* e. q. s.

vitae veritate sumebatur. et apud Latinum poetam *conscia* dicitur nutrix XXI 17 sqq. litterasque mutuas forsan cogitatur curasse. sed de iureiurando nihil dum virgo parentibus ausa erat enarrare. quare adhortatur eam Acontius v. 201 sq.

matri licet omnia narres,
nil tua, Cydippe, facta ruboris habent[1]).

Verum enim vero iam dis solvitur nodus. nam Cydippae pater inops consili aliis aliud suspicantibus (cf. ep. XXI 49 sqq.) sacram legationem Delphos mittit, quae e deo miraculosi infortuni quaereret caussam (cf. l. c. v. 231 sq.). per hunc omnia aperiuntur,[2]) amor Aconti, dolosum malum, Cydippae iusiurandum.

---

[1]) Et Pseudoovidius quidem respondentem facit illam XXI 241 sq.

fassaque sum matri deceptae foedera linguae,
lumina fixa tenens plena pudoris humo.

verum haec quid sibi velint minus pervideo. turbant enim fabulae concinnitatem. atque omnino in Cydippae epistula iusto plura fabulae momenta in id coguntur tempus, quo illa scribi fingitur. sed idem pravum studium in aliis quoque nonnullis epistulis Ovidianis cernitur, v. c. ep. IX 143 sqq., similiter XXI 233 sqq.

[2]) Sciens omisi quod huc poterat trahendum videri Callimachi frg. 264 apud schol. Pind. Pyth. IV 104 *αὐτομάτῳ κελάδῳ] οὐκ ἠρωτήθη γὰρ παρὰ τοῦ Βάττου περὶ τῆς ἀποικίας, ἀλλὰ περὶ τῆς φωνῆς* [cf. Herod. IV 155]. *ἔνθεν δὴ καὶ αὐτώρης ὁ τρίπους, ὡς Καλλίμαχος*

αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε

καὶ τότε αὐτώρης ἡ μάντις λέγεται, ὅταν μὴ βουλευομένου τινὸς περὶ ὅτου ἥκει ἀπαντοματίσῃ. etenim nexus quo illud profert scholiographus me movet, ut Callimachéa quoque ad Batti historiam revocare malim, ad quam pertinet eiusdem frg. 112. ceterum quid sit *τρίπους αὐτώρης* melius quam interpres Pindari te docebit Nonnus Dion. IV 289 sqq. de Cadmo haece narrans:

ἔνθα κιχήσας
Δελφὸν ἀσιγήτοιο μεσόμφαλον ἄξονα Πυθοῦς
μαντοσύνην ἐρέεινε καὶ ἔμφρονα Πύθιος ἄξων
κυκλόθεν αὐτοβόητος ἐθέσπισε κοιλάδι φωνῇ.

unde fere coniecerim Callimachum scripsisse:

ὁ τρίπους
αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε κοιλάδι φωνῇ.

τρίπος αὐτοβόητος Nonn. Dion. XIII 133. cf. O. Muellerum in Boettigeri Amalthea I p. 121.

simul quid facto opus sit idem pellucidis verbis praecipit. sed ut reconditioris aliquid sententiae atque allegoricae orationis, qualis decet Pythiam, admisceretur illis, haec simul eduntur: *ἄλλως τε Κυδίππην Ἀκοντίῳ συνάπτων οὐ μόλιβδον ἂν συνεπιμίξαις ἀργύρῳ, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ὁ γάμος ἔσται χρυσοῦς.* expectares *ἀλλ' ἑκατέρωθεν ὁ γάμος ἔσται ἀργυροῦς,* [1]) verum amant cum Alexandrini poetae tum fabulatores exaggerando ea superare, quae cogitatione praesumas. deo obsequi properat pater iamque iusiurandum impletur. nunc demum arcessiri cogita adulescentulum in paternam Cydippae domum, nunc primum ab illa eum conspici et quod credere par est amari. nec enim Deli eum vidit virgo, quod suadent Latini versus ep. XXI 103 sqq., nec potuit postea videre. at enim mirifice, inquies, nec decenter probabiliterque hoc instituit poeta, quod Cydippae maritum aliquem fato inevitabili praevalidoque atque etiam aerumnoso facit obtrusum. vix dum enim visum adulescentulum iam deo iubente habet maritum. sed peculiari ratione hunc scopulum a Callimacho evitatum suspicor, licet ita ut perfectiorem vix inde reddiderit fabulae conformationem. etenim apud illum, ni fallor, ultra etiam valuit numinis opera, id est, Cydippa *κατὰ θεῖον* dilexit visum statim Acontium. nam in hoc ipsum genus fabularum illud convenit artificium, quo expleantur hiatus nexum interrumpentes rerum vel quo fides concilietur mirificis rerum concursibus. quod ut a Callimacho quoque credam adscitum, me maxime movet fabulae non uno nomine eius quam tractamus similis comparatio. nam de Ctesylla, quae ipsa quoque cum sponso non viso iureiurando copulata erat, Nicander narraverat tradente Antonino Liberali 1: *καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα κατὰ θεῖον ἠράσθη.* [2]) et accedit quod

---

[1]) Similia fere, sed ut par erat modestius, Acontius apud Ov. 219 sqq. loquitur.

[2]) Apud eundem Antoninum c. 12 et 13, ubi idem exprimitur Nicander, pro *κατὰ θεόν* bis scribas *κατὰ θεῖον.* ea enim ratione vox *θεῖος* saepissime obscurata est librariorum incuria. cf. Bastium epist. crit. append. p. 51. ceterum v. Suidam s. v. *κατὰ θεῖον.* Parthenius narr. am. 9: ..... *παρθένος ἀπολειφθεῖσα κατά τινα δαίμονα ἐν Δηλίῳ ἱερῷ, ὁ πλησίον τῆς πόλεως κεῖται — Πολυκρίτη ὄνομα αὐτῇ — τὸν τῶν Ἐρυθραίων ἡγεμόνα Διόγνητον εἷλεν* e. q. s.

eiusdem coniecturae quodam modo est fideiussor poeta Latinus. qui enim epistulae XXI curatius examinabit artem et consilium considerans maxime v. 189—206, hunc fugere non poterit, qualis animi immutatio in ea cernatur, quamvis interim nec Acontium Cydippa viderit, nec ille, *cui destinabatur uxor*, ullo pacto eam offenderit. ac pulcra est amoris modo enascentis suique vix dum conscii tecta significatio v. 203—206, apertior in ipso exitu epistulae v. 247 sq. haec satis sint, quibus cognoscatur, quali ratione poeta rhetoris agens partes ex argumento si quod aliud lubrico ac difficili sese expedierit.

Sequebatur nuptiarum descriptio, easque cogita Deli celebratas.[1]) hoc enim credere nos certo iubet nec fallaci indicio Ovidius XX 233 sqq.

iuncta salus nostra est. miserere tuique meique.
quid dubitas unam ferre duobus opem?
quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt,
tinctaque votivo sanguine Delos erit —.

ac facile hoc oraculo praeceptum fuerit. sed reapse quoque nihil habebat insolentis, ut nuptiae sub eiusdem deae quasi oculis et circa eadem illa sacra celebrarentur, quae feliciter consociassent par coniugum. istorum autem versuum, quibus poeta finem fecit epistulae Aconti, quae sit auctoritas, clarius elucescet ex ea disputatione, quam tertiae huius scriptionis parti seposuimus. nec poterit mirum cuiquam videri post ea quae disseruimus, Aristaenetum quidem eam rem ut mentione minus dignam tacuisse.

Denuo nunc virgines Cydippae aequales hymenaeum canunt non amplius iam interruptum dilatumque. — haec bene habeant. sed quibus ista iam expinguntur, ea nihil sunt nisi cento quidam, quem putide consutum interpolavit sophista. is enim hic quoque impudenter compilavit Philostratum, cuius duas phrases conferruminavit, unam ex imagg. II 1 *καὶ ἡ διδάσκαλος ὑποβλέπει τὴν ἀπᾴδουσαν κροτοῦσα τὰς χεῖρας καὶ ἐς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζουσα*, alteram I 2 extr. *καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει*

[1]) Hoc a Buttmanno l. c. p. 118 praetermissum.

ἐς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι πληττόμεναι τρόπῳ κυμβάλων. et ea quae subiungitur sententia e Xenophonte Eph. I 8, 1 sumpta est: βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμῃ καὶ Ἀνθείᾳ. nihilo setius hymenaei mentionem e Callimacho arbitror translatam rectoque etiam loco insertam. namque eam vidimus rationem esse paraphrastae, non ut rerum momenta interponeret nova, sed ut singula Callimachi loca aliorum maxime commentis exornaret, prout illa suppeditaret memoria. et accedit, quod ipso fabulae fine hoc quodam modo continebatur, ut sollemnes nuptiarum caerimonias docta enarratione poeta attingeret. quare non dubito, quin eum ille commemorarit hymenaeum, qui per pompam cantabatur, qua curru sedens sponsa in domum deducebatur futuri mariti.[1]) notum cuiqué hoc ἁρμάτειον μέλος e clausulis pacis et avium Aristophanis. quod quidem canae esse ac fabulosae vetustatis docent Homerus Σ 491 sqq. et Hesiodus scut. 273 sqq.[1]) atque hoc in argumentum apparet egregie convenire Callimachi frg. 210 a Buttmanno l. c. p. 127 sq. ad exitum Cydippae pompamque nuptialem relatum, quod habet scholiographus ad Soph. Antig. 629: τάλιδος] τᾶλις λέγεται παρ' Αἰολεῦσιν ἡ ὀνομασθεῖσά τινι νύμφη. Καλλίμαχος

XV αὐτίκα τὴν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.

unde Suidae editor Mediolanensis glossam quae est s. v. τᾶλις invitis codicibus lexico inseruit.

Moris autem erat Attici, ut puer patrimus matrimus (παῖς ἀμφιθαλής) qui diceretur πάροχος vel παρανύμφιος sponsam (τᾶλιν) in pompa comes deduceret. cf. Zenob. prov. III 98, Aristoph. av. 1737. Hesychius: τᾶλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος καὶ κατωνομασμένη τινί, οἱ δὲ γυναῖκα γαμετήν, οἱ δὲ νύμφην. quam notat vocem inter alias Aeolicas quibus Callimachus usus est Meinekius Callim. p. 201.

Eodem loco inserendum suspicor Callimachi frg. 461 Ern. quod ex Apolloni libro manu scripto ab Hemsterhusio olim est protractum, nunc autem legitur in Bekkeri anecdd. p. 567:

---

1) Cf. Koechlyum l. c. I p. 192.

ὅτι γὰρ καὶ δύο συλλαβῶν ἀποκοπαὶ γίγνονται, ἐν τῷ περὶ παθῶν ἐδείχθη. τό τε γὰρ πρόπαρ οὕτως ἔχει καὶ τὸ μάκαρ, πηδά, καὶ τὸ ὑμέν παρὰ Καλλιμάχῳ. XVI

Eandem finalium syllabarum detractionem ab Aeolica dialecto repetitam docent auctor etymol. m. p. 700, 38 et Eustathius ad Il. p. 187, 28. verum apparet, veteres grammaticos hac in re falsos esse[1]). et de voce ὑμέν quidem accuratiora debentur Helladio apud Phot. bibl. p. 531 a Bkk. *τὸ δὲ μάκαρ ἐκ τοῦ μακάριος ἀποκέκοπται, ὥσπερ καὶ τὸ ὑμέναιε γέγονε ἀποκοπὲν ὑμέν.* hinc cum edoceamur, ὑμέν vocativum fuisse apud Callimachum, nemo dubitabit, quin ille ab ὑμήν potius quam ab ὑμέναιος grammaticis fuerit derivandus correptisque singularis vocativis adscribendus, quales amabant Aeoles. non alia autem res a simplici veritate istos abduxit, quam quod Callimachus corripuit υ in ὑμέν, cum alioquin ὑμήν longam, ὑμέναιος brevem utique haberet primam. itaque frustulum illud Callimacheae dictionis ita adaugere licebit:

Ὑμὲν ὦ Ὑμέναιε.

quae hexametro puta interposita fuisse. et cum apud Nonnum brevi υ in Ὑμήν Callimacho auctore usurpata[2]) haece legantur Dion. XVI 289 sqq.

ὑπὲρ δαπέδου δὲ χορεύων
ἄμπελος ἐσμαράγησεν ‘Ὑμὴν Ὑμέναιε’ λιγαίνων,
‘ἱμερόεις γάμος οὗτος’ ὀρεστιὰς ἴαχε πεύκη.

nescio an Callimachus hoc hemistichium habuerit:

‘Ὑμὲν ὦ Ὑμέναιε’ λιγαίνων.

Hesychius enim ex ignoto poeta: *λιγαίνων· μέλπων, ἡδέως ὑμνῶν.* supple χορός (ἠιθέων).[3])

---

[1]) Cf. Lobeckium parall. p. 119 sq., Ahrensium de dial. Aeol. p. 108.

[2]) Eandem huic voci mensuram et Latini passim poetae et fortasse Euripides Troad. 331 adhibent.

[3]) Haec postquam perscripsi vidi Lobeckium in pathologiae parte altera nuper admodum edita p. 313 sq. de eodem loco aliter iudicare. sed nihil de meis mutandum videbatur. namque ut alia mittam, cum dicit ille *Callimachus autem fortasse metro obsequens scripsit Ὑμὲν ἴθ’ ὦ Ὑμέναιε ultima correpta contra regulam nominum oxytonorum in ην exeuntium*, errore manifesto hoc praetermisit, quod grammatici veteres

In tam hilari igitur splendidaque pompa

XVII *ουδὲ βοὴ κήρυκος ἐλίνῦσεν*[1]).

cf. etym. m. p. 330, 54: *ἐλινύειν, ἀργεῖν, σχολάζειν. Καλλίμαχος· οὐδὲ βοή* e. q. s. (Callim. frg. 248). namque Plutarchus narrat quaestt. Gr. c. 27: *διὰ κηρύκων γὰρ ἔθος ἦν τὸ μετέρχεσθαι τὰς νύμφας.* cf. Iahnium archaeol. Aufss. p. 94. ac facile hoc ipsum praeconis munus respicitur ep. XX 235: *cum iam data signa sonabunt.*

Interim longus Acontio sacer nuptiarum dies, ut brevis deinde nox. et haec quidem Callimachea haud dubie sententia est. comparaveris Properti pulcerrimos versus IV 20b init.

Nox mihi prima venit, primae date tempora noctis.
longius in primo, Luna, morare toro.
tu quoque, qui aestivos spatiosius exigis ignes,
Phoebe, moraturae contrahe lucis iter.

Tunc Acontius Midae auro non commutasset puellam nec Tantali divitias aequiparabat illi. non sententia Aristaenetea, at neglegens elocutionis ratio, qua membra orationis minus copulantur quam iuxta ponuntur, ut tibi legere videaris tironis scriptiunculam, qui pensum faciens versus numeris liberarit. et arguit doctum poetam Midae Tantalique mentio. contra sophistae sua ni fallor reddemus, ubi segregaverimus sententiam de trivio arreptam: *καὶ σύμψηφοι πάντες ἐμοί, ὅσοι μὴ καθ᾽ ἅπαξ τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθεῖς· τὸν γὰρ ἀνέραστον οὐκ ἀπεικὸς ἀντίδοξον εἶναι.* consimilia quod fugit interpretes leguntur I 15 init. *Οὐδὲν ὡς ἐγῷμαι πιθανώτερον πέφυκεν οὐδ᾽ ἀνυσιμώτερον Ἀφροδίτης· ἴσασι δὲ οἱ βεβλημένοι· καὶ τούτων ἡμῖν ἀντίψηφος οὐδ᾽ εἷς.* ac ne curavit quidem, ut istum communem locum ad ea quae praecedunt bene aptaret. vel enim expectares 'et omnes habebit ille (Acontius) assensores' vel, 'et credent mihi (hoc narranti) omnes.' itaque si de

---

Callimachum *ὑμέν* pro *ὑμέναιε* apocopa adhibita posuisse tradentes testatum simul faciunt, eum *ὑμέν* brevi *υ* posuisse.

[1]) Nullo pacto ambigere debebat Naekius Hec. p. 262, num a mensura recte staret unice *ἐλίνυσεν.* cf. Callim. in Cer. 48. contra dubito de Naekiana *lege* (opusc. I p. 57 sq.) citatorum a grammaticis fragmentorum.

prudentiore ageretur scriptore, conicerem *ἐμοί* delendum, ut ad *σύμψηφοι* subaudiretur *αὐτῷ*.

Quibus denique Aristaenetus finem facit narrationis, in eis ni fallor iudicio satis fere fideliter atque continenter egit. ad fabulam apta omnia neque quicquam Callimacho indignum. strictae tamen paraphrasis fines nonnulla excesserint, quibus rhetor urgere videatur acumina Callimachea. si quidem his poteramus carere *καὶ παρέχειν τὸ φῶς μετ' εὐωδίας* et *τοσοῦτον ἡ φύσις ἁπανταχοῦ τὸ λαμπρὸν αὐτῆς ἐκορυφώσατο κάλλος*. verba autem *πάλαι τοίνυν* e. q. s. sententiam comprehendunt earum simillimam laudum, quae epithalamiis continebantur. cf. Theocr. XVIII 26 sqq.

πότνια νὺξ ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διαφαίνετ' ἐν ἁμῖν [1]).

Seneca Med. 92 sqq.

haec cum femineo constitit in choro,
unius facies praenitet omnibus.
sic cum sole perit sidereus decor,
et densi latitant Pleiadum greges,
cum Phoebe solidum lumine non suo
orbem circuitis cornibus alligat.

Himerius orat. I 15: *ὁ μὲν ἠιθέων πρῶτος, ἡ δὲ ἐν κόραις προκέκριται.* unde posses suspicari, Callimachum nonnullis versibus aliquam epithalami imaginem effinxisse [2]), ni a Deliaco nuptiarum ritu illud omnino videretur alienum fuisse. ad extremum non firmiter equidem confido illa Aconti Cydippaeque cum astris comparatione, quae nescio quo modo rhetorem sapit nitido aliquo lumine exitum epistulae decoraturum. cf.

---

[1]) Acquievi in transpositione versuum 26 et 27 nullam ceterarum adsciscens coniecturarum, quibus hic locus tentatus est vel improbabilibus vel perincertis. qui vero novissimus eum tractavit Koechlyus l. c. p. 409 sqq., Senecae versuum a nemine dum Theocriteis admotorum comparatione suam sententiam partim firmare poterat partim emendare.

[2]) Atque habet similia Nonnus. praesens vero tempus *μειονεκτοῦσιν* vix licet adhibere ad illam suspitionem comprobandam.

Aristaen. II 4 init. ἡ δὲ ὑπερκύψασα μόλις, ὡς λαμπρὸν ἀνέτειλεν ἄστρον e. q. s. non idem enim Callimachei carminis erat exitus.

Et iam nunc comes ille noster non quidem certus admodum nec tamen ut in tanta solitudine ingratus nobis erit mittendus, nisi quod qualem per satis salebrosam atque impeditam viam eius experti sumus rationem fidemque paucis ante denotabimus.

Ipsum Callimachi carmen in manibus fuisse rhetori post ea quae disputavimus non est cur in dubitationem vocetur. vehementer potius ea commendatur opinio Cydippae fragmentis maxime x xii xiii, quibus conlatis cum Aristaeneto facile apparet, qua ille ratione singula verba vel integra traduxerit vel suae orationi accommodata reddiderit. et sane epistula ea aetate infimum fere vestigium tenetur extantium adhuc lectorumque Battiadae praeter hymnos et epigrammata carminum[1]), si quidem sophista integro usus opere est, cui Cy-

---

[1]) Heckerus enim comment. Callim. p. 83 sqq. si cui umquam persuasit, Suidam Callimachi Hecalen superstitem legisse et adhibuisse, eum penitus dedocebit O. Schneideri egregia commentatio de Callimachi operum tabula quae extat apud Suidam p. 1 sqq. nec magis fere est credibile, Ioannem Tzetzam ullo Callimachi integro libro aut carmine ultra ea quae nosmet possidemus usum esse. nam Chil. IX 893 redit ad ep. XXV 6. nec minus epistt. ed. Pressel. p. 38 μγ' (cll. Crameri anecdd. Ox. III p. 362) et de div. metr. in Crameri anecdd. Par. I p. 79 fontes ille adhibuit etiam hodie fluentes. cf. Callim. frg. 52 et 319. ac frg. 52 ut in quo interpretando insigniter fallatur, quicquid dicit Naekius Hec. p. 38 sqq., eum extra contextum obiter legisse citatum luce clarius est. deinde Chil. VIII 814 sqq. (frg. 503 Blomf.) non debebat peculiaris fragmenti instar conlectioni inseri, cum redeat ad frg. 77. restat Chil. IV 390 sqq. quod est frg. 413:

καὶ τί φημί σοι τὰ φυτά; Ῥόδιόν ἐστιν ὄρος
τὴν κλῆσιν Ἀταβύριον, χαλκᾶς πρὶν ἔχον βόας,
αἳ μυκηθμὸν ἐξέπεμπον χωρούσης Ῥόδῳ βλάβης.
Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος γράφει τὴν ἱστορίαν.

in quibus nefariae levitatis hominem Pindarum nominare pro scholiis Pindaricis (Ol. VII 159 νώτοισιν Ἀταβυρίου] ὄρος Ῥόδου .... εἰσὶ δὲ χαλκαῖ βόες ἐπὶ τῷ ὄρει τῆς Ῥόδου, αἵτινες, ὅταν μέλλῃ τι τῇ πόλει γίγνεσθαι κακόν, μυκῶνται) iam Bergkius notavit poett. lyr. p. 309 ad Pind. frg. 323. nec dubito, quin Callimachi quoque mentio

dippa erat inserta, aetiis, quod quidem haud quaquam excedit fidem. etenim obscuri istius rhetoris necesse est aequalis fere

---

e Didymeis scholiis ducta sit, quae circa locum indicatum olim uberiora fuisse etiam M. Schmidtius Didym. p. 220 ad frg. 13 (cf. frg. 14) aliunde conlegit. ac suspicor Didymum lectorem Callimachi diligentissimum huius ipsa attulisse verba, in quibus fuit ni fallor

αἵ βόες (ἧχι) γέγειαι

vel

βόες (ἧχι) γέγειαι.

namque Suidas hoc frustulum praebet iam ab Heckero comment. Call. p. 109 ob usum vocis γέγειος Callimacho addictum (cf. Callim. frg. 103 et 252), quod e Didymeis scholiis eum petiisse reor: γέγειαι βόες· αἵ ἀρχαῖαι. — denique Callimachi imitatorum serioris aevi turbam lustrantes, si quis forte vestigia praebeat adhibitorum illius eorum carminum, quorum fragmina tantum ad nostra tempora pervenerunt, in primis Agathias scholasticus nos advertit. quem eruditissimum poetam scriptoremque, cum praesertim adulescentulus Alexandriae litteris studuerit (cf. Niebuhri vitam Agathiae p. XIII editionis), perprobabile est quae quidem parare sibi potuerit Callimachea sedulo lectitasse. et crederes virum saeculi VI altera parte florentem largis adhuc copiis frui potuisse. at non nisi epigrammatum hymnorumque Callimachi lectorum vestigia in Agathiae poematiis invenio. cum Callim. ep. 2, 1 cf. Agath. anth. P. V 237, 3, cum Callim. ep. 17, 1 cf. Agath. anth. P. VII 583, 1, cum Callim. ep. 17, 3 sq. cf. Agath. anth. P. VII 589, 7, cum Callim. ep. 23, 1 cf. Agath. anth. P. XI 354, 17, cum Callim. ep. 25, 6 cf. Agath. anth. P. V 280, 4, cum Callim. in Apoll. 105 cf. Agath. anth. Plan. 109, 1, cum Callim. in Cer. 103 cf. Agath. anth. P. XI 379, 3. porro versum sine auctoris nomine ab Hephaestione p. 97 Gaisf. appositum, qui Callimachi haud dubie est (cf. O. Schneiderum philol. VI p. 536 sq. et Bergkium poett. lyr. p. 1075),

παῖς ἄτε· τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη

paene integrum repetiit Agath. anth. P. V 182:

Ἡ ῥαδινὴ Μελίτη ταναοῦ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
  τὴν ἀπὸ τῆς ἥβης οὐκ ἀπέθηκε χάριν.
ἀλλ' ἔτι μαρμαίρουσι παρηΐδες, ὄμμα δὲ θέλγον
  οὐ λίπε· τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη.
μίμνει καὶ τὸ φρύαγμα τὸ παιδικόν· ἐνθάδε δ' ἔγνων,
  ὅττι φύσιν νικᾶν ὁ χρόνος οὐ δύναται.

v. 4 scripsi οὐ λίπε, codex οὐ λάθε. suadet autem ipsa similitudinis ratio ut credamus, Callimachum isto versiculo in argumento consimili usum esse, id est in amatorio epigrammate. ac dixerat sine dubio:

fuerit Marianus scholasticus, qui Anastasio regnante (a. 491—518) cum alias antiquorum poetarum iambicas paraphrases composuit tum eodem artificio Callimachi memoriam renovare studuit, scribens *μετάφρασιν Καλλιμάχου Ἑκάλης, ὕμνων καὶ τῶν αἰτίων καὶ τῶν ἐπιγραμμάτων, ἐν ἰάμβοις ϛωι'*, ut Suidas tradit s. v. *Μαριανός*. qualis opera satis aperto indicio est, tantum afuisse ut Callimachea carmina ea tunc frequentarentur lectione, qua Gregori Nazianzeni Nonnique aetate, ut ab iniuria oblivionis imminente viderentur tutanda esse. quare sub illud tempus obscuro cuidam rhetori utilis nec ingratae esse operae videbatur, si ex aetiis veteris poetae eam fabulam, quae a lepido argumento amatorio praeter ceteras arrideret, exprimeret ita, ut ad saeculi sensum, certe ad suum, illam appararet, resectis eis, quae parum in rem facere viderentur, additisque novis quibusdam ornamentis. etenim eodem se nomine historia Cydippae commendabat quo cognatae quas narrat I 5, I 13, I 15, epistulis ita immixtas, ut ne specie quidem ulla epistularum obiter eas obducere curaverit, id quod fecit II 15.[1]) inania tantum nomina praefixit externae aequalitatis caussa.

Circumspicienti autem exemplum aliquod e simili genere petitum cui Aristaeneteae paraphrasis ratio conferatur, Philostratorum imagines sese offerunt. namque eodem paene artificio usi Aristaenetus Callimachi Cydippam, Philostrati imagines enarravere. ut Aristaenetus quaecumque ad personas definiendas locosque significandos pertinerent pariter omisit, ita illi ipsas hominum rerumque formas et compositionem

---

floret illa puellae instar e. q. s. denique restat commemorandum, quod in Agathiae verbis anth. P. VII 583, 1 *Ἆ βάλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι* imitatio fortasse inest non solum epigrammatis Callimachei 17, 1 *Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες*, sed etiam hemistichi quod nunc est frg. 455 *ἆ βάλε μηδ' ἀβόλησαν*. cf. Naekium Hec. p. 156 sq. at hoc ut ita sit, Callimachi ista quoque verba facile in epigrammatis legit Agathias. quorum quidem maiorem eum quam nos numerum habuisse certum est.

[1]) Et haec historiola et I 5 iustae sunt fabulae Milesiacae. cf. Dunlopium Geschichte der Prosadichtungen uebertragen etc. von Liebrecht p. 194. ceterum Aeschineis quoque epistulis (10) una fabul Milesiaca inserta legitur.

notare spreverunt. quippe huc maxime inclinant et hi et ille, ut in affectibus versentur describendis eisque explicandis, quae orationis luminibus sensuumque argutiis splendere potuerint. unde factum, ut tamquam picturas utrique proponant in quibus desideres certas linearum distinctiones. et Philostrati et Aristaenetus enarrationis summam ab exemplo proposito mutuati sunt non nisi obscurato ac deformato rerum adventiciarum atque aliunde memoriter admixtarum ornamentis. unde nata quaedam est molestissima contaminatio. differt vero istorum ratio eis, quae redeant ad materiae diversitatem atque ingeniorum sat magnum discrimen. namque Philostratorum ingenia longe et inventis fecundiora et lectione eruditiora.

At nos telam nondum perteximus instaurandae Callimacheae fabulae, sed vel deficiente duce rhetore, qui cetera quoque ut nihil ad se pertinentia abstersit, nobis erit pergendum. ac licet toti abhinc in coniectura versemur, tamen satis certam viam cui insistamus habebimus ratiocinationem.

Antea enim vidimus, id ipsum fragmentum quo nullum evidentius convenit cum Aristaeneteis a scholiographo ad Soph. Antig. 80 planis ac distinctis verbis assignari *τῷ γ′ αἰτίων.* atque huius testis auget fidem frg. 30, quod ex eodem aetion libro desumptum ad Cydippae fabulam rettulimus. nihilo setius Piersonus verisim. p. 99 sq. ita iudicavit: *Ita Fragmentum Bentl. 26 ᾿Αγρόθι ποι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἔφοιτα Aristaenetum in hac epistola expressisse notavit Cl. Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 43. Itaque omnino referendum est ad Cydippen, licet Scholiastes Sophoclis ad Antigonen p. 216 e libris αἰτίων desumtum scribat: sed aut memoria scholiasten fefellit, aut certe nonnulla ex ipsius verbis perierunt.* vides, quo modo virum prava de aetiis opinio eludat. id quod magis etiam cadit in Valckenarium, qui Callim. frgg. eleg. p. 223 praecise correxit *ἐν τῷ γ′ τῶν ἐλεγείων.* anno dein 1829 ingeniosa prodiit Buttmanni disputatio saepius nobis memorata. is autem via ac ratione procedens enucleare studet aetion, cuius iure poeta illud carmen caussarum libris intexuisse videatur. post quem Valckenario assentiri potuit Hertzbergius (die Elegie

der Alexandriner) apud Prutzium litterarhistor. Taschenbuch 1846 p. 181, quem v. etiam Ztschr. f. A. 1847 p. 137 sq. ab aetiis Cydippam segregavit Rauchius quoque die Elegie der Alexandriner (1845) p. 31 sq., cui proprium tamen mirabile hoc commentum: *Dass aber die Elegie Kydippe nur gedichtet ward, um Neuvermaehlte zu feiern, geht aus den Worten hervor mit welchen sie schloss und in denen Niemand den stereotypen Charakter der officiellen Hof- und Gratulationspoesie verkennen wird.* saniora idem iudicat in nupero libello die Aitia des Kallimachos p. 40, ubi Buttmanni sententiae firmiter sese addicit.[1]) ac fidem habuerunt scholiastae post Buttmannum Heckerus comm. Call. p. 51 et 110, Bergkius anth. lyr. p. 125, O. Schneiderus prolegg. in aet. p. 6. quibus miror auctoritatem deesse Bernhardyi in hist. litt. Gr. II I^2 p. 491 haec disputantis: *Was nun elegische Rhythmen hat, enthaelt entweder Gnomen und Beziehungen auf das Privatleben ...., oder es haengt mit dem lieblichen Gemaelde Κυδίππη zusammen, wovon die spaerlichen Reste Buttmann .... ordnet. Da der Stoff derselben eine Geschichte der Gegenwart mit romantischem Anstrich begreift, so scheint es nicht glaublich dass Kydippe, wie letzterer annimmt, ein Glied der Αἴτια war oder mit einer Sammlung heiliger und oertlicher Mythenkreise zusammengehangen haette; man moechte daher auf den einen Hexameter weniger bauen, und eher denken, dass das Scholion zu Sophokles lueckenhaft ist als dass Kallimachus zweimal dieselbe Fabel sollte behandelt haben.* Cydippae historiam e praesentia esse sumptam, id ni tota illius forma atque indole refelleretur, vel eo esset argumento reiciendum, quod usurpata est in heroidum libro Ovidiano, quo non nisi vetustae fabulae tractantur. quem vero Bernhardyus romanticum dicit colorem, is ab aetiis Callimacheis minime gentium erat alienus. ad summam, ipsum scholiastae testimonium planum est ac probum. si quid vero quod perspicuis verbis proditum sit in suspitionem volumus adducere, proficisci debemus non ab eis quae prae-

[1]) Ea quoque in re meliora ibi edoctus est Rauchius, quod Ceus iuvenis Acontius ei appellatur, non Acontion. — piget aliorum adicere nomina, ut Thionvilli de arte Callimachi (1855) p. 38, Lincki de Callimachi vita et scriptis (1862) p. 29.

iudicantur, sed ab eis quae sciuntur. qualia si minus praesto sunt, potius opinionem animo praesumptam quam testimoni auctoritatem abiciamus. itaque a scholio Sophocleo profecti eam iam suscipimus quaestionem, quae est de aetio fabulae nostrae indagando.

Aetia Battiadae opus longe celeberrimum quodnam genus argumenta inlustrarint quaque ratione, varii statuerunt varia.[1]) nobis hac in caussa perquam lubrica, in qua perfacile est coniecturas fundere, coniecta firmis probare argumentis difficile, tutum unice habemus, a certo ordiri Properti testimonio, qui *Romanus Callimachus* extiturus (V 1, 64) talia pronuntiat (ibid. 69):

sacra diesque canam et cognomina prisca locorum.

eas igitur materias Graecus quoque poeta tractavit in elegiis aetiologicis, quarum unaquaeque peculiare absolutumque fuit carmen.[2]) nam hoc quoque docere videtur explorata imitatio Properti, cuius huc faciunt libri V carmina 4, 9, 10. et confirmabo sententiam meam uno exemplo. V 9 arae maximae Curensis consecrationem explicat Herculisque ad illam religionem

---

[1]) Cf. Naeki Hec. p. 66 sq. et accedant nunc placitis doctorum virorum ibi recensis ea Hertzbergi quaestt. Prop. p. 195 sqq. et Ztschr. f. A. 1847 n. 17 et 18, O. Schneideri Rauchique in libellis saepius indicatis quos de aetiis conscripserunt, denique Bernhardyi hist. litt. Gr. II 2^2 p. 635. e quibus a veritate proxime abesse credo Rauchi sententiam, licet non modo in singulis multifariam ille titubet atque erret, sed etiam materiae impeditissimae omnino nec ab diligentia nec ab doctrina iudicioque satis faciat. ceteri ad unum omnes nimis fere diffusam ac versicolorem argumentorum farraginem poeticae tractationi ex parte parum hercle aptam poetae iniungunt. quod quidem in O. Schneideri quoque cadit sententiam, qui ceteris longe explicatiora ac subtiliora de aetiis disputavit. sed accedunt aliae rationes satis graves, cur huius argumentorum quae singuli aetion libri continuerunt ex Hygino petitam descriptionem ferri posse pernegem. verum eam rem ut quam non nisi digna cura vellem attingere, ab his angustiis totam segregavi. id quod huius disputationis bono factum confido.

[2]) Contrarium statuere cum alii tum Hertzbergius, qui quaestt. Prop. p. 196 sq. serio affirmat, singulas fabulas per formulam ἤ οἵη vel ἢ ὡς inter se nexas fuisse *tralaticio illo inde ab Hesiodo more.* cf. eiusdem commentationem die Elegie der Alexandriner l. c. p. 179.

ab ipso institutam, quae puellis interdicta erat. id carmen hi versus concludunt:

hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
sic sanctum Tatiae conposuere Cures.
sancte pater salve, cui iam favet aspera Iuno,
sancte, velis libro dexter inesse meo.[1])

iam cum extremo disticho cf. Callimachi frg. 120:

χαῖρε βαρυσκίπων, ἐπίτακτα μὲν ἑξάκι δοιά,
ἐκ δ' αὐταγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.[2])

facile concedes, his quoque versibus aliquam de Hercule narrationem terminatam fuisse, nisi quod unum credo distichon secutum esse, quod ab repetito *χαῖρε* incipiens similem ac Propertiani versus precationem continuerit.[3]) et rectissime iudicat Naekius Hec. p. 273: *fortasse ita concludebatur Αἴτιον aliquod.* cf. O. Schneideri prolegg. in aet. p. 14, Rauchi aet. fr. 92. accedit quod Cydippa, ni integrum fuisset carmen, non ita ut vidimus ab Ovidio Iliadi opponi potuisset. eoque igitur iure de Cydippae elegia ut de peculiari poemate loqui nobis licebat.

Sed quod sacrum, qui dies, cuiusve loci priscum cognomen elegiae de Aconti et Cydippae amoribus apud Callimachum fuit finis et quasi fastigium? videamus quid respondeat Buttmannus.

Is adscita maxime Ctesyllae fabula, quam Antoninus Liberalis 1 Nicandri sequens transformationum librum III refert, eam quaestionem expediendam suscipit. utramque enim historiam, et Callimacheam et Nicandream, quarum aperta similitudo sit, ad eandem redire primitivam fabulam, veluti

---

1) Transposui duo haec disticha. nam ante quam *sancte pater* appellaretur Hercules dictum convenit, eum sanctum esse factum, non postea. nec nisi in ipso exitu id quod posterius posui distichon aptum locum habet.

2) Prior versus Ovidio videtur obversatus esse met. XV 39: *o cui ius caeli bis sex fecere labores.* Nonn. Dion. XXXV 335: *Ἡρακλῆα δυωδεκάεθλον.*

3) Eas conclusiones ab heroico genere mutuati sunt.

saepenumero vetustam aliquam fabulam locis inter se longe disiunctis videamus emergere formis fluctuantibus, diversis nominibus. inde vero consequens esse, ut Dianae Cydippae non minus aliqua fuerit religio, quam istic Dianae Ctesyllae vel Veneris Ctesyllae, scilicet Asiaticae illius deae, cuius numini et Ctesylla et Cydippa pariter in fabulis fuerint attributae, cum re vera aliunde illa sint cognomina nata. et cognosci divinam naturam Cydippae alio quoque indicio. namque a Diodoro V 57 memorari Cydippam Rhodiam, Ochimi filiam, neptem Solis, postea ut narrat ille mutato nomine Cyrbiam dictam, de qua et ipsa Plutarchus quaestt. Gr. 27 aliquam amatoriam fabulam prodat cuique cognomines (*Κύρβη*) fuerint plures Rhodi Cretae Asiae urbes. non minus igitur quam hanc Cyrbiam vel Cyrbam, quae nomine ad Graecum sermonem accommodato Cydippa nuncupata sit, Cydippam quoque a Callimacho celebratam Asiaticae illi deorum familiae esse adscribendam. denique tota disputatio huc deducitur (p. 142): *Die aeltesten Religionen auf den Inseln des aegaeischen Meeres waren von der asiatischen Kueste gekommen. Eben dahin hat uns die rhodische Kydippe oder Kyrbe gefuehrt: und die Ktesylla auf Keos ward, wie wir bei Nikander gesehen haben, verehrt zugleich als Aphrodite und als Hekaerge, d. h. Artemis. So erkenne ich also auch hier wieder die asiatische Goettin, welche den Griechen bald als Aphrodite erschien, bald als Artemis, bald als Rhea-Kybebe, bald als Enyo; und in der Geschichte von Kydippe und Akontios nichts als eine der vielfaeltigen Modificationen des Liebes-Verhaeltnisses zwischen Kybebe und Attis, zwischen Kypris und Adonis, zwischen Isis und Osiris; und woraus ohne Zweifel ein einzeler von der ionischen Epik aufgegriffener Zug auch ist die Liebe der Aphrodite zu dem Hirten Anchises.*

Haec Buttmanni disputatio, quae allicit egregia fabularum tractandarum arte, ut hodie quoque non sine magna legatur voluptate, eademne probabilis sit probabilemque ad finem ducat inquisituri ante cetera videamus, num ille analogiam, qua in mythologicis ingeniose ac feliciter alias utitur, praesenti caussae admoveat satis idoneam et efficacem. atque ipsam proponemus Ctesyllae fabulam, quo commodius suo quisque utatur iudicio.

Ctesyllam Ceam Hermochares Atheniensis dum Pythiae Ceae celebrantur choream vidit agentem ad aram Apollinis Carthaei. protinus flagrans virginis desiderio in malo inscripsit formulam, per quam illa Diana invocata iuraret se Hermochari nupturam, malumque proiecit in fanum Dianae. sublato illo Ctesylla iusiurandum legit, quo facto prae pudore propere abiecit. — Alcidamas vero Ctesyllae pater Hermochari puellam in matrimonium deposcenti adnuit Apollinis simul laurum tangens. exactis autem Pythiis oblitus iuramenti alii cuidam filiam nuptum dedit. at Hermochares cum videret illam in templo sacrificantem graviter afflictus irruit, quem statim ut vidit divinitus amavit Ctesylla. ac re per nutricem composita ambo clam nocte Athenas navigant nuptiasque ibi perficiunt. in partu autem Ctesylla obiit divina voluntate, quia pater peieraverat. et cum cadaver eius efferretur e lecticula columba subvolavit nec potuit mortuum corpus inveniri. consulenti vero oraculum Hermochari responsum est, ut apud Iulietas templum poneret Veneris Ctesyllae, idemque oraculum Ceis quoque deus edidit. unde factum est, ut etiamnum Iulietae colant Venerem Ctesyllam, ceteri insulani Dianam Ctesyllam.

Vniversa huius historiae dispositio vel oeconomia quam sit mala ac confusa vix fugiet quemquam, nec fugit Buttmannum (v. l. c. p. 129). verum ultra reprehensionem progredi debemus. nodus enim fabulae cernitur in Alcidamantis iureiurando, quo filiam pollicetur Hermochari prehensa lauro Apollinea. non nisi ex illo laeso profecta sunt quae secuntur omnia. quod cum ita sit, cur quaeso Ctesylla fingitur idem prius iurasse invita? quod quidem ubi primum legis, eo ipso credis fabulae nodum contineri. sed nullo pacto id valere in ea conformanda quae postea eveniunt, mox perspicis. itaque fac talem esse fabulam: Ctesyllam Pythiis visam Hermochares dilexit et in matrimonium petiit, despondit pater e. q. s. nonne multo ita concinnior et planior procedit fabula? quare pomi Cydoni iactus pro otioso et molesto ornamento habendus est. quale cum respuat mythus populi ingenio procreatus oreque circumlatus, ut in quo apta ac necessaria omnia, nihil quod pendeat, nihil quod sua caussa adsit, vix erit dubium, quin

Nicander Callimachi imitator illud quasi τηλαυγὲς πρόσωπον nativae fabulae praefixerit.[1]) namque totum pomi artificium ita est translatum e Callimachi Cydippa tantum re ad Ceam adaptata, ut vel singula recognoscas. neque fugit ea conspiratio Antoninum, quod haec docent eius verba: ἡ μὲν οὖν Κτήσυλλα ἀπέρριψε τὸ μῆλον αἰδεσθεῖσα καὶ χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥσπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν. paraphrastae enim deberi adiectam Cydippae mentionem recte videtur observasse Broenstedtius Reisen I p. 52 n. 6. nec vero abhorrebat a Graecis poetis, ut alieno bono suam decorarent operam. velut moris quodam modo erat Alexandrina aetate, ut aliorum versus poetarum domesticis insererentur integri, vel quo admiratio indicaretur antiquioris carminis, vel quo grata alicuius loci excitaretur memoria.[2])

---

[1]) Nam Antoninus Liberalis suspectari non potest nisi cum magna iniquitate. qui multum abest ut eiusdem sit farinae homo atque Aristaenetus. ceterum hoc quoque pessime administravit Nicander, quod de Ctesylla Hermocharem conspiciente narrat: καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα κατὰ θεῖον ἠράσθη. cum enim virgo antea Hermochari aliquamdiu desponsa fuerit, illum iam olim ei crederes visum.

[2]) Sic Apollonius quinque Eumeli versus continuos Argonauticis suis intexuit, testante scholiasta ad III 1372. idem Callimachi unum repetiit versum (cf. schol. I 1309), plures Callimacheorum effinxit simillimos. Eratosthenis fragmenti quod est apud Athen. VII p. 284 a v. 3 fere idem est atque Callimachei 37 v. 1. suspitionem enim Bernhardyi eam ipsam ob similitudinem de Callimachi versu motam (Eratosth. p. 139) e disputatis elucet inanem esse. Nonnus (XIII 186) unum Euphorionis recepit versum (frg. 81 Meinek. anall.), alterum (V 278) Apolloni (II 527), nisi quod pro ἐπιψύχουσιν, quod in nostris Argonauticon libris est, posuit ἀναψύχουσιν. ac secutus est Alexandrinos hac in re Vergilius quoque, quem unum novimus versum e Graecis Partheni praeceptoris transtulisse (cf. Meineki anall. Alex. p. 285 sq.), alterum e Varronis Atacini carminibus (cf. Wuellnerum de Varr. Atac. p. 34 sq.), tertium Catulli (cf. Serv. ad Verg. Aen. V 591). idem Furi Antiatis plura diligenti imitatione expressit auctore Macrobio sat. VI 1 (cf. Weichertum poett. lat. min. p. 350 sqq.). Ovidius Enni versum unum (annal. frg. 47 Vahl.) binis locis (met. XIV 814 et fast. II 487), Porci Latronis singulas sententias saepe usurpavit (cf. Sen. controv. II 10 p. 136 Burs.), Ovidique versum quendam (a. a. II 300) Seneca repetiit. ac similiter res habuerit de illo versu Ovidi trist. IV 10, 6, quem habet etiam Lygdamus (Tibull. III) 5, 18. cf. Haa-

Hoc igitur fallaci ornamento iam orbata Ctesyllae fabula quo tandem nomine cum Callimachea potest comparari, nisi forte in minutis quibusdam rebus, quas soleant fabulae illae amatoriae communes habere? quo perversior videri debet Broendstedti sententia, qui ultra Buttmannum progressus Cydippae historiam nihil esse nisi merum imitamentum eius quae de Ctesylla narrata esset mirifica docet argumentatione l. c. p. 52. verum hoc etiam vincit confusa halucinatio Hertzbergi, qui affirmat die El. d. Alex. l. c. p. 180: *Wir kennen den Inhalt theils aus den prosaischen Nachahmungen des Aristaenetus und Antonius* (sic) *Liberalis, welcher letztere aus Nikanders Verwandlungen geschoepft zu haben scheint, theils* e. q. s. quare cum Ctesyllae fabula, quali quidem nativa videtur vivaque forma fuisse, non modo non ad eundem redeat priscum mythum ac Cydippae fabula, sed ita etiam ab hac discrepet, neutra ut alteri lucem afferre queat, iusto iure Nicandream fabulam iam totam ablegabimus.

Postquam his fundamentum subtraximus Buttmannianae ratiocinationi, iam ipsum eius finem evertere conabimur.

Namque si fabulae quam disceptamus respicis cursum atque exitum, ea ex certa quadam analogiae lege ne potest quidem ita finita esse, ut consecrata sit Cydippa inque divinum aliquod recepta consortium. nempe enim innumerae sane ferebantur fabulae pervetustae, quibus homines tradebantur post mortem cum aliquo deo deave in unius numinis naturam coaluisse aut alio modo ad divinos honores esse provecti. at has vero legendas, quae sincera numinum, rituum, cognominum deorum vi atque origine pridem oblitterata commenticias quaslibet caussas promunt, consentaneum profecto est

---

sium miscell. philol. l. III (Vratisl. 1861) p. 26 sq. — quot vero narrationis momenta atque ornamenta verbi caussa ab Homero posteriores epici, Nonnus ab Apollonio sumpserint integra, id notius est quam quod exemplis inlustrare velim. apprime cadunt autem in totam hanc rem Senecae verba suas. III p. 21 sq. Burs. *hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo valde placuisse. itaque fecisse illum, quod in multis aliis versibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam imitandi, hoc animo, ut vellet agnosci. esse autem in tragoedia eius:*

feror huc illuc ut plena deo.

ita versari in proposito, ut aliqua certe explicetur ratio, cur persona de qua agitur divinis honoribus digna sit habita. itaque narrantur illae vel de hominibus insigniter meruisse utcumque, vel consortio fruitae esse deorum, quos plerumque aut hospites habuerint aut amasios, vel denique violento et praematuro obitu extinctae esse. ac tertii huius fabularum generis, quo mortui tamquam in compensationem et placationem consecrati esse crederentur, antiquitas longe feracissima fuit.[1]) iam vero in aperto est, horum omnium nihil quicquam cadere in Cydippam. quae si umquam Callimachea fabula praemissa narrata esset post vitam feliciter ac tranquille peractam inter deas heroinasve relata esse, vel ut cum Ovidio loquar (met. XV 545) *de dis minoribus una numine sub dominae latere atque accenseri illi*, veterum quivis inaudito et monstruoso eventu merito obstupuisset. talia igitur, quae antiqua memoria nec narrari potuerint nec procreari, ne coniectando antiquitati affingamus summo opere abstinendum est.

Ita cum divinitate Cydippam exuerimus, corruit Buttmanni ratiocinatio. neque ullius iam erit momenti Rhodiensis quam ille adhibuit Cydippa. omnino frequentissimum hoc nomen. memoratur Cydippa Nereis Verg. Georg. IV 339 et Hyg. fab. prooem., Cydippa sacerdos Cleobis et Bitonis mater anth. Pal. III 18, Philostr. her. VII 165, Dio Chrysost. 64, 6, Hyg. fab. 254 et alibi, Cydippa Anaxilai uxor Herod. VII 165,

---

[1]) Priorum generum inlustria prostant exempla. illud quod extremum posui levi brachio attigit Naegelsbachius nachhomer. Theol. p. 106, qui tamen huius rei ambitum et naturam non satis pernovit. praeter nota exempla in quibus sunt Ino et Melicerta (Leucothea et Palaemon), Dictynna, Iphigenia, Hippolytus, Macaria Euripidea, nomino Aglauron Paus. I 18, 2, Iphinoam ibid. I 43, 4, Helenam ibid. III 19, 10, Vlixis remigem ibid. VI 6, 8, Rhadinam ibid. VII 5, 13 (cll. Welckerum kl. Schr. I p. 188), Dianam ἀπαγχομένην ibid. VIII 23, 7, Aspalin Anton. Lib. 13 (cll. Boetticherum Baumk. p. 83 sq.), Metiocham cum Menippa ibid. 25, Byblin ibid. 30 (cll. Parthen. 11, Conon. 2, Ov. met. IX 450—665), Hylam ibid. 26, Hecaten Eustath. ad Od. p. 478 (Callim. frgg. p. 474 Ern.), denique ipsam Ctesyllam. schol. Il. *A* 38 Cillaei Apollinis sacrum extructum esse narratur διὰ τὸ αἰφνιδίως τὸν Κίλλον ἀποθανεῖν. at hoc in genere transformationibus arte cognato larga amplioris disputationis materies parata est.

idemque nomen in inscriptionibus non rarum est. at caussae perditae vel ideo nihil potest adminiculi hac ex parte arcessiri, quoniam Buttmannus ea ipsa in re a vero longe videtur aberrasse. qui si urbibus enumeratis quibus Cyrbae erat nomen ita pergit (p. 140) *woraus deutlich erhellt, dass die mythische Person, die denselben Namen trug, allen jenen Staemmen eigen war*, praepostere hoc concludit. *Κύρβη* nihil aliud est quam *κορυφή* (cf. Curtium griech. Etym. II p. 105)[1], ut *Κύρβαντες* eidem sunt atque *Κορύβαντες* vel *κυρβασία* et *Κορυφάσιον* non nisi deflexa significatione differunt. quam confirmat originationem, quod Cyrba urbs Cretensis postea *Ἱεράπυτνα* dicta est, nam *πύτνα* est *πέτρα*. cf. Strab. X p. 472, Hoecki Cretam I p. 422 sq. itaque quod complures urbes hoc nomine significabantur, facilem explicatum habet. iam vero non, ut Buttmannus arbitratur, Cyrbae vel Cyrbiae nomine Graeco sermoni accommodato Cydippae ortum nomen est, qualis violenta immutatio dubito num facta sit umquam. nec Diodorus Cyrbiam transnominatam esse Cydippam, sed contrarium potius narrat. quare non nisi ita probabiliter expediri poterit haec metonomasia. habebatur Cyrbe urbis vetustum nomen Cretensis. hoc a qua posset celebri persona probabiliter repeti cum circumspiceret istorum unus *κτίσεων* scriptorum, in Cydippam Ochimi Heliadae filiam proclivi ratione incidit. quam esse Cyrbiam transnominatam, ut inventi augeret speciem, strenue iactavit. eodem enim vili artificio saepenumero vanissimos istos homines constat usos esse, quo res personasque ad arbitratum suum conecterent.

Iam sequitur ut in area nuda reddita meae ponam coniecturae explicationem.

Ordiendum autem nobis est a re supra notata, quod paraphrasta in eodem argumento, a quo profectus est, narrandi finem facit, hoc est in nuptiis Cydippae et Aconti. quam quidem dispositionem nec Aristaenetus potuit novasse, nec Callimachus de nihilo instituisse. quod cum ita sit, ambigendum non est, quin Callimachus narrantium poetarum perantiquo more Cydippae elegiam ita fere auspicatus sit: 'iam

---

[1]) Mons *Κίρφις* prope a Crissa situs commemoratur ab Antonino Liber. 8 et a Strabone VIII p. 418, urbs *Κίρφις* a Strabone VIII p. 416.

ego pandam lepidum artificium, quo olim Acontio iuveni pulcerrimo Cydippa virgo pulcerrima uxor contigit, ac sollemne illud sacrum vel .... quod abhinc propagatum est.' cui suspitioni vide quo pacto concinat Properti exordium Iovis Feretri aetion repetentis V 10:

Nunc Iovis incipiam causas aperire Feretri
armaque de ducibus trina recepta tribus.

idemque V 4 Tarpei montis cognomen explicaturus incipit:

Tarpeium nemus et Tarpeiae turpe sepulcrum
fabor et antiqui limina capta Iovis.

atque apparet, quantum eidem faveant sententiae quae observavimus p. 54. itaque ipsum aetion procul dubio ex Aconti malo Cydonio quadam ratione nexum fuit. atque omnino fabularum aetiologicarum ea solet ratio esse, ut ab ipso historiae cardine, non a rebus secundariis et adventiciis aetion aliquo modo proficiscatur. praesentis vero fabulae evidens est cardinem nodumque esse malum Cydonium. quare videndum, qualis ab eo origo cum ex fabulae ratione tum ex rei natura duci potuerit.

Felix mali artificium quo summa huius fabulae continetur non nisi eo redire, quod malum veteribus symbolum fuerit eroticum, neminem fugere potest. et composuit Boettigerus Kunstmyth. II p. 251 Paridis Atalantae Cydippae mala. verum alia latet fabula pomi usu praesenti etiam similior. namque Hesiodus in catalogo narraverat haece (schol. Il. Z 35, Hes. frg. 97 Marcksch., 75 Goettl.). Achilles cum urbes circa Troiam iacentes vastaret etiam Moneiam sive Moneniam postea Pedasum transnominatam obsessit. et cum in eo iam esset, ut urbis optime communitae oppugnationem dimitteret, quaedam ex oppidanis virgo postquam Achillem de muris conspicata est amore correpta pomum Argivis demisit, in quo scriptum erat:

μὴ σπεῦδ', Ἀχιλλεῦ, πρὶν Μονηνίαν ἕλῃς·
ὕδωρ γὰρ οὐκ ἔνεστι, διψῶσιν κακῶς.

quibus lectis iam permansit Achilles urbemque expugnavit.[1])

[1]) Eam fabulam nondum animadverterunt a Philostrato tangi epist. 62 Kays. *τὰ δὲ ἄλλα καὶ ἐπιστολῇ τῷ μήλῳ κέχρημαι· ἐκεῖνο*

hoc igitur signum unde repetendum videretur iam Clearchus in eroticis quaesierat diversasque protulerat solutiones. cf. Athen. XII 553e—554c vel Muelleri frgg. hist. Gr. II p. 315 frg. 39. nec tamen bene illi res cessit. nam haec mihi nativa videtur symboli forma fuisse, ut eodem pomo vir feminaque vescerentur, quae erat imago pulcritudinis vel ὥρας (cf. ὀπώρα) una perfruendae.[2]) a quo proximum est, quod mala adesa mittebantur vel iaciebantur pro desideri confessione. cf. Lucian. dial. mer. 12, 1, Tox. 13, Alciphr. III 62, 2, Aristaen. I 25. eadem autem imago ita est tamquam compendi facta, ut mala darentur aut vario utique modo adhiberentur. quocirca in moribus atque institutis ad canam vetustatem redeuntibus multiplex cernitur pomorum usus amatorius. nec vero Graecis ille proprius sed populis longe plurimis communis invenitur[3]).

Itaque et in ritibus nuptialibus malo locus dabatur, et apud Graecos quidem in primis malo Cydonio, ut qui

---

Ἔριδος, τοῦτο Ἔρωτος· ἐκεῖνο ἐσιώπα, τοῦτο φθέγγεται. μὴ ῥίψῃς, μὴ φάγῃς· οὐδ' ἐν πολέμῳ πρεσβευτὴς παρανομεῖται. τί οὖν ἐπέσταλκα; αὐτὸ ἐρεῖ· Εὐίππη, φιλῶ σε· ὑπόγραψον ἀναγνοῦσα· 'καλῶς· δέχεται τὸ μῆλον καὶ ταῦτα (αὐτὰ?) τὰ γράμματα'. sic enim haec videntur scribenda. verba *μὴ ῥίψῃς* facile ad Cydippae pomum spectant, sicut *μὴ φάγῃς* fortasse aliquam nobis ignotam fabulam respiciunt, certe verba *οὐδέ* e. q. s. eo ducere videntur. ceterum sequitur ex his omnibus — memento simul pomi Discordiae — re vera pomis litteras olim esse insculptas.

[2]) Fecunditatis notio, quam granis pomorum volunt contineri, ab amatorii symboli simplicitate, si quid sapio, erat procul habenda. in qua re cum ceteros tum Gerhardium Vasenb. I p. 132 n. 177 et alibi diversa miscentem longe falsum puto. at cum illo sane antiquissimo sensu alii qui cognati essent ut assolet sensim coalescebant et confundebantur.

[3]) Multa quae huc pertineant habet conlecta sed male disposita nec recte iudicata Friedreichius die Symbolik und Mythologie der Natur p. 208—213. cf. Schwenkium die Sinnbilder der alten Voelker p. 9 sqq., et de Graecis Seilerum ad Longum I 23 ac Boetticherum Baumkultus p. 461 sqq., de Germanicis Wolfium Beitraege z. deutschen Mythol. II p. 2 sqq. alii mox indicabuntur. interim e carminibus popularibus Graeciae recentioris ab Arnoldo Passowio editis memoro 624, 17, 632 a, 9, 646, 21, dist. 634, 2. pomorum coniugale sacrificium indicari videtur Hyg. fab. 104 et Plin. n. h. XV 11 (10).

colore et praestantia eniteret. ac primo loco commemorandum est Solonis praeceptum Plut. coniug. praec. 1: ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μῆλον Κυδώνιον κατατραγοῦσαν, αἰνιττόμενος ὡς ἔοικεν, ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν. idemque quaestt. Rom. 65: ἢ καθάπερ ὁ Σόλων ἔγραψε, μῆλον Κυδώνιον τὴν νύμφην ἐντραγοῦσαν εἰς τὸν θάλαμον βαδίζειν, ὅπως τὸ πρῶτον ἄσπασμα μὴ δυσχερὲς γένηται μηδ' ἀχάριστον. cf. eundem Sol. 20. malum a sponso puta sponsae porrectum quod comederet ab illo fortasse antea gustatum. nimirum Solo ea quoque in re morem apud populum iam vigentem et antiquitus proditum lege sanxit. quod si Beckerus Charikl. III p. 311 pervidisset, illud praeceptum minus esset demiratus. moris autem interpretationem a Plutarcho adiunctam nihili esse ducendam, vix opus est ut moneam. ac dignum memoratu est, quod idem fere pomorum nuptialis usus nostro quoque tempore in moribus fabulisve superstes inveniebatur apud Slavonios Wallachos Germanos aliosque.[1]) at inter Graecos contineamus. Iovi nuptias celebranti aurea poma ab Iunone data erant. cf. Apollodor. II 5, 11. eadem Iunoni nubenti a Terra oblata exigua variatione Athenaeus III p. 83 c et Eratosthenes catast. 3 narrant.[2]) consimilia de Cadmi et Harmoniae nuptiis leguntur apud Nonnum XIII 351 sqq. ad nuptias Menelai et Helenae Stesichori spectat frg. 27 Bgk., quod ex epithalamio Helenae ductum est[3]):

---

[1]) Cf. Norkium die Sitten und Gebraeuche der Deutschen etc. p. 198, Schottium wallachische Maerchen p. 73, Kuhnium et Schwartzium norddeutsche Sagen, Maerchen und Gebraeuche p. 435. *Noch jetzt heisst die Quitte in Sicilien pomo del zitto, der Braeutigamsapfel* Boettigerus kl. Schr. III p. 99. *In der nordischen Sage bietet Skirner, als er fuer Frey um Gerda wirbt, goldene Aepfel an* Schwenkius Andeutungen p. 364. cf. Rassmannum deutsche Heldensage I² p. 55 sqq.

[2]) V. Welckerum ad Schwenkium Andeutungen p. 275, Heffterum Ztschr. f. A. 1834 p. 679. errat autem Beckerus Charikl. III p. 306: *Wenn man annehmen darf, dass die Feierlichkeit eine Nachahmung des ἱερὸς γάμος war* e. q. s. immo vero inversa res fuit. e vitae consuetudine fabula est conformata, non illa ex hac.

[3]) Minus recte iudicare videtur Gerhardius Vasenb. I p. 130 n. 166.

πολλὰ μὲν Κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
πολλὰ δὲ μύρσινα φύλλα
καὶ ῥοδίνους στεφάνους ἴων τε κορωνίδας οὔλας

in vase picto apud Gerhardium Vasenb. 169, 1 (cf. Iahnium Vasenkat. 283) Helena, quae a Menelao domum deducitur, pomum manu gestat. denique Arabius anth. Plan. 144:

Ἕδνα γάμων ἔρριπτες ἢ ἀμβολίην ταχυτῆτος
τοῦτο γέρας κούρῃ χρύσεον, Ἱππόμενες;

Iam liquet, puto, quem ad finem tota haec properet expositio. ab Aconti pomo singularis quïdam pomorum usus nuptialis repetebatur, qui Deli olim vigebat. is vero usus qualis fuerit nequit sane accuratius definiri. namque norunt periti, quam vario modo locis diversis idem symbolum usurpatum sit quamque in externa facie earum rerum nihil fere constans sit, nihil stabile. verum enim ubi lustratis eis quae supra allata sunt hoc potissimum anquirimus, qualis pomorum usus ceteris probabilius et concinnius a Cydippae fabula repeti potuerit, coniecerim, Cydonia mala vel proiecta esse, dum pompa agitur sollemnis, quomodo est in illo Stesichori fragmento, vel sponsae a sponso porrecta, quem morem Athenis antiquitus obtinuisse vidimus. horum certe neutrum non percommode ac prorsus ex consuetudine narratum esset in memoriam fieri celeberrimi illius pomi Cydoni, quod ab Acontio iactum a Cydippa acceptum felicissimas olim nuptias conciliasset.

Neque vero dubito, quin Callimachus iuxta hunc ritum sacrificia quaedam nuptialia Dianae Deliacae offerri solita commemorarit. hanc enim in primis *κουροτρόφον* fuisse atque nubentibus ut *νυμφίαν* esse cultam compertum habemus. namque ipse Callimachus in Del. 291—298 narrat Vpidi Loxoni Hecaergae[1]) Hyperboreorum virginibus, quae sacras primitias Delum detulissent, divinis honoribus post mortem consecratis nubentes virgines comam offerre detonsam. vides autem nihil esse nomina virginum nisi Dianae cognomina, in cuius numen

[1]) Herodotus IV 33—36, Pausanias I 43, 4 et V 7, 8 Loxonem non commemorant.

illas esse receptas narratum sit.[1]) ceterum ille quoque ipse sollemnis pomorum usus cadit in '*sacra nuptialia*[2]), plane ut satis fiat Propertiano versui, quo aetion argumenta universim notantur.

Talis igitur cum ratio ac finis fuerit Cydippae fabulae, pro exemplo illa habenda est eius generis, quod apte nunc legendas dicunt mythologi. etenim hoc illae proprii habent, quod cognomina ac sacra deorum sollemnesque quaslibet caerimonias, quae e rationibus physicis vel ethicis nata sint, vera origine non amplius perspecta ex fabulis repetant aetiologicis. quale genus omnium optime Welckerus intellegere et iudicare nos docuit, qui cum alias passim de eo disputat, tum in epistula a. 1823 ad Guilelmum Humboldtium data (W. v. Humboldt's Briefe an F. G. Welcker p. 84 sq.), Trilogie p. 249 sq., Goetterl. I p. 95 sqq. ac potest, ni fallor, accuratius etiam definiri fabulae genus.

Namque perdigni notatu videntur Ovidianae epistulae XX exeuntis hi versus:

quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt,
tinctaque votivo sanguine Delos erit,
aurea ponetur mali felicis imago
causaque versiculis scripta duobus erit:
effigie pomi testatur Acontius huius,
quae fuerint in eo scripta fuisse rata.

quorum probat vim et auctoritatem ratio Ovidio Ovidianisque usitata. qui si quid fictos epistularum scriptores in exitu potissimum de futuris faciunt eloquentes, quod vel consilio vel voto vel praesagitione contineatur, idem posthac evenisse erat in fabulis. ita Phyllis II 41 sq. eo se pronam profitetur ut laqueo vitam finiat. Hypsipyle VI 151 sqq. Medeae precatur, ut a Theseo depulsa extorris vagetur liberis suis perditis, ut coniugi natisque tam perniciosa sit illa, quam fuerit patri fratrique, denique ut terra marique pererrato

---

[1]) Ex ea Deliae Dianae natura repetas versus ep. Aconti 191 sqq. et scolium Athen. XV p. 694 d: *ἐν Δήλῳ ποτ' ἔτικτε τέκνα Λατώ, Φοῖβον χρυσοκόμαν ἄνακτ' Ἀπόλλω | ἐλαφηβόλον τ' ἀγροτέραν | Ἄρτεμιν, ἃ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος.* vereor ut prorsus recte disputet Welckerus kl. Schr. III p. 202 sqq.

[2]) Cf. v. c. Quintil. I 7, 28.

aera temptet. Dido VII 183 sqq. se mortem gladio sibi conscituram praedicit. item Deianira IX 146 sqq. et Canace XI 119 sqq. saeva minatur Iasoni Medea XII 207 sqq. Protesilai obitum praesentit Laodamia XIII 109 sqq. eademque affirmat 163 sqq., se coniugem sive vivum sive mortuum secuturam quocumque ille sit vocaturus. Paris Helenam secum ablaturus' bellum tangit Troianum quod hinc exarsurum erat XVI 339 et 351 sqq.[1]) Leander consilium eloquitur invitas experiendi aquas, licet quodam modo praesagiat singula, quae postea evenisse Musaeus narrat. cf. XVIII 196 sqq. cum Mus. 335 sqq. per quietem ventura videt Hero XIX 195 sqq. — et Aconti quoque epistulae auctorem in illis versibus non suo uti invento, vel hoc indicio valde probabile est, quod nuptias Deli celebrandas, rem insignem, non nisi obiter et quasi fortuito Acontius commemorat, ut omnia haec fabulae propria fuisse satisque iam pervulgata necessario sit conligendum.

Haec igitur me movent, ut apud Callimachum *mali felicis imaginem* Dianae positam arbitrer.[2]) quo concesso lustra mihi quae supersunt Semi Deliadis fragmina ad anathemata Deliacá spectantia. paucula propono. Athenaeus IX p. 469 c: *Σῆμος δ' ἐν πέμπτῃ Δηλιάδος ἀνακεῖσθαί φησιν ἐν Δήλῳ χρυσῆν ἡδυποτίδα Ἐχενίκης ἐπιχωρίας γυναικός* e. q. s. idemque XI p. 502 b: *Σῆμος δὲ ἐν Δήλῳ ἀνακεῖσθαί φησι χαλκοῦν φοίνικα,*

---

[1]) Quod Sappho in mare se demissura lyram suam Apollini vovere vult XV 181 sqq. (cf. Ov. am. II 18, 32 et Welckerum kl. Schr. II p. 117 n.), ad aliquam lyram facile spectat ut Sapphus in Mitylenaeo Apollinis templo asservatam visentibusque monstratam. similem rem esse puto Ov. met. IX 791 sqq.

[2]) Nolim autem conicere, hac ipsa dedicatione aetion contineri, h. e. poma nuptialia Deliacae Dianae apposita esse eumque morem ab Acontio esse secundum fabulam incohatum. quamquam haec suspitio nonnullis caussis potest commendabilis videri. at nequit probabiliter conciliari cum clausula epistulae XX, qua si uteris religiose et accurate utendum est. itaque si ab Acontio aureum pomum sumis Dianae positum, sicut est in v. 239, hinc sequi non potuit ut sponsae, sed ut sponsi mala posuerint. at adulescentibus, quantum quidem scio, cum Diana res non fuit. si a Cydippa malum dices positum, vel fortasse ab Acontio et Cydippa, hoc nullo pacto coit cum v. 239. et vero Aconti potius quam Cydippae fuit, ut pomum grati animi testem poneret.

Ναξίων ἀνάθημα, καὶ καρυωτὰς φιάλας χρυσᾶς. alia v. apud Prellerum Polemon. frgg. p. 177 et in Muelleri frgg. histor. Gr. IV p. 492 sqq. vix puto reprimes suspitionem, iuxta haec aliquod aureum pomum in Artemisio Deliaco asservatum fuisse, cui haec plurave essent inscripta: *Ἀκόντιος ἀνέθηκεν.* omnino Delum in tanta sacrorum insulae celebritate omne genus donariis et cimeliis refertam fuisse non dubium est. singula autem anathemata vel certe nobiliora quasi involuta erant historia fabulari, quam aeditui theoris pandebant.[1]) atque huc Cydippae fabulam refero.

Hinc commode fiet transitio ad eam quaestionem, unde fabulam Callimachus acceperit. quam potuit in aliqua periegesi tactam invenisse, quando quidem anathematum enarrationes Callimachi aetate scriptas extitisse constat. atque his omnino fontibus Callimachum multifariam usum esse in aetiis conscribendis perquam est probabile. ac ne historici quidem talia anquirenti poterant steriles videri. ita certe fabula schol. Il. *Α* 38 (apud Muellerum I frg. 339) de Apolline Cillaeo ex Theopompo relata, quem haud semel Callimachus adhibuit, idoneum aetion praebere poterat, atque idem etiam Theopompus eiusmodi argumenta ut Pyrami ac Thisbae infelices amores tetigerat. cf. Plut. non posse suaviter etc. 10 (apud Müllerum frg. 294). verum pronior paene sum in eam opinionem, ut poetam hanc fabulam coram excepisse credam. nam Callimachum magnis se itineribus commisisse non solum ob frg. 109, sed universo etiam genere multiplicis scientiae quam commonstrat prope certum est.[2]) at in ipsa etiam Delo insula videtur aliquamdiu peregrinatus esse. nam cum ei insulae Ptolemaeum Philadelphum imperasse inscriptiones testes nunc sint disertae (cf. C. I. G. II n. 2267 quae inscr. ad ipsum sacrorum com-

---

[1]) Quot per Graeciam reliquiae, quae inter anathemata positae ad heroum aevum referrentur, a sacerdotibus et aedituis sint monstratae, e Pausania abunde compertum habemus. cf. Zoegam Abhandlungen p. 284 sqq. et Lobeckium Aglaoph. p. 51 sq.

[2]) Lincki autem coniecturae l. c. p. 7 prolatae, Callimachum eum, qui in titulo Athenis reperto et a Meiero comment. epigr. p. 23 sq. exhibito ob largitiones rei publicae oblatas inter cives Athenienses memoratur, poetam Cyrenensem esse, fidem non habeo.

mercium spectat et 2273, quibuscum componas Theocr. XVII 90) pro certo fere habendum est, Callimachi in Delum hymnum in usum theoriae alicuius Deliacae a Philadelpho [1]) rege Alexandria missae compositum esse. [2]) cui quidem theoriae quin ipse poeta honoris caussa additus fuerit vix ego dubitaverim.

Haec igitur omnia tam insigniter inter se conveniunt, ut sua se concordia mutue confirmare videantur. unum tamen restat, quod minus posse perspici aegre ferimus. Aconti nomen supra (p. 41) dixi ex re fictum esse ipsiusque locutionis *μῆλον ἀκοντίζειν* duo attuli exempla, quae sane unius instar sint. cum Aristaenetus l. c. Lucianum excripserit. noli obicere, hoc argutule dictum ab rhetore ipsius forsan Callimachei lusus illius memori nec decere ingenuam simplicitatem primitivi sermonis, secundum quem *ἀκοντίζειν* sit *ἄκοντα* vel spiculum mittere. *ἀκοντίζειν* proprie significat quod nos dicimus *schnellen*[3]), *ἄκων was geschnellt wird*, *Ἀκόντιος der Schneller.*[4]) iam notabile debet videri, quod, cum Aconti nomen ad rem sit fictum atque omnino fabula ex eo ordine sit, in quo no-

[1]) Hoc enim regnante scripti videntur vv. 171—188, quibus Celtarum strages per Philadelphum facta gloriose celebratur. et eundem omnino Philadelphum novimus sacrorum et pomparum magnificentia in primis gavisum esse. cf. Athen. V p. 196 a—e.

[2]) Eidem igitur inserviebat usui, atque Homericus in Delium Apollinem hymnus, Pindari paean Deliacus (cf. Bergki poett. lyr. p. 247) Ceis, Eumeli prosodium Deliacum (cf. O. Muellerum Dor. I p. 252 Welckerum Goetterl. II p. 344) Messeniis, Pronomi (Paus. IX 12, 4) Chalcidensibus conscriptum. eosque praecessores ipse Callimachus respicit in Del. 28, quem ad versum scholia Pindari et Bacchylidis (frg. 57 apud Bergkium) mentionem iniciunt. ceterum partem veritatis iam Spanhemius coniciendo vidit, sed nullis ille usus argumentis. cf. eius comment. ed. Ern. p. 373.

[3]) Ne plura afferam, *ἀκοντίας* serpentium genus est, *ἀπακοντίζειν* Herodotus IV 181 adhibet de aqua prosiliente. eiusdem sunt radicis *acer aquila aqua oculus* alia. ut autem omnino in prisco sermone notiones quae sunt *scharf* et *schnell* in unum confunduntur (cf. *θοός*), ita *ἄκων* quoque utramque non minus habet iunctam quam ipsum *acer* vocabulum.

[4]) Lycaonis quidam filius Apollod. III 8, 1 *Ἀκόντης*, idemque Steph. Byz. s. v. *Ἀκόντιον* nuncupatur *Ἀκόντιος*. *Ἀκοντεύς* nomen est anth. P. VI 91, *Aconteus* Ov. met. V 201 et Verg. Aen. XI 612.

mina soleant ab argumentis petita esse[1]), Cydippae nomen licet facile sit derivatu nullo pacto in fabulam quadrat. at enim hoc non raro usu evenit in eo genere, ut nullus nominum cum argumento nexus nobis dignosci queat. quod rettulerim ad miras vicissitudines quas hae historiae diversas deinceps regiones pervagatae, variis rebus locisque adaptatae subierunt pleraeque, ad similium fabularum permixtiones confusiones contaminationes nobis prorsus inextricabiles. quos quidem casus Cydippae quoque fabulam haud evitasse, vel hinc conligi potest, quod in ea primas agunt virgo Atheniensis, adulescens Ceus, quamvis Deliaco cuidam ritui inservierit explicando. et hoc certe licet affirmare. ut omnes legendae quae quidem eandem quam illa probae vetustatis notam gerant, primo sine colore aetiologico populi ore circumferebatur, donec deflexa nescio quibus modis rebusque Deliacis accomodata cum nuptiali quadam caerimonia Deliaca conecteretur sane cognata, cum ex eodem symbolo atque ipsa fabula manasset. plura si rimari vellemus, nosmet hercle privaremus laude virtutis a Quintiliano commendatae, qui diceret, de vetustis historiis aliqua grammatico esse nescienda.

Iam summa promissi pro virili parte completa unum hoc relicuum esto, ut in artem atque indolem Callimacheae narrationis utcumque redintegratae parumper intueamur. in quo aetion merito neglegemus, quoniam isto res subtexitur prorsus

---

[1]) Welckerus kl. Schr. I p. 186 sq. *Es ist ein grosser Vnterschied zwischen mythischen Personen, die in der Sage ein selbstaendiges Dasein haben, und sollte es nur in der Stelle bestehen, die sie in einer Genealogie einnehmen, und solchen Namen, welche nur zum Behuf einer Dichtung ueber menschliche Schicksale und Empfindungen angenommen sind. Auch an die mythischen Personen koennen solche Dichtungen angeschlossen werden, natuerlich mit Ruecksicht auf die bekannten Charaktere und Verhaeltnisse derselben: in Erzaehlungen aber, die ohne irgend einen Zusammenhang mit der Mythologie blos Bilder des Lebens oder lebendige Symbole verschiedener im Allgemeinen sich gleich bleibender und wiederholender und eben desshalb um so sicherer ansprechender Verhaeltnisse enthalten, sind in der Regel passende, ausdrucksvolle Namen gewaehlt, welche nothwendig nach der Wortbedeutung genommen werden muessen, da diese einen Theil der Poesie ausmacht.*

adventicia, quae filum modo poetae praebuerit, quo usus posset *res diversissimas in speciem unius corporis colligere*, ut de Ovidio metamorphoseon auctore ait Quintilianus.

Quam enim lustravimus fabulam nihil prohibet quominus dicamus Romanensem, licet simplicissima illam ac paene rudi forma descriptam. quippe argumenti summa haec est, ut amanti iungatur amata, superatis quae obiciebantur impedimentis. et consilium hoc est narrationis, numen amanti adesse paratum ac praevalidum. nec defuit sensuum et affectuum inter spem metumque fluctuantium fusior ac solutior explicatio. habes ni fallor, in quibus conspirent Heliodori Longi Achillis Tati Charitonis Xenophontis amatoriae fabulae pedestri sermone conscriptae. apud Callimachum praesens pollet divorum vis cum morbo ter Cydippae immisso, tum quo mox tamquam *nodi vindex* Apollo res componit oraculo edito. scriptorum vero illa classis amantes per longos errores machinis quibusdam remotioribus maxime somniis quasi filis a numine eminus regi faciunt atque gubernari.

Quare cum universum hoc fabularum genus Callimachum videamus aliquo modo praeivisse, scriptores istos Callimacheae artis plura, maxime locos quosdam communes, imitando expressisse veri admodum simile videbitur. quod re vera factum esse nos exemplis pro reliquiarum exilitate tenuibus demonstrare conabamur.

Denique ut eo referatur extrema disputatio unde prima est exorsa, oppositis argumenti exquisiti lenociniis heroico carmini, quod popularis erat materiae, praeformatas vides Graecorum fabulas Romanenses. atque inter utramque artem mediam vides interiacere Callimacheam vel si ita dicere licet Alexandrinam elegiam, quae a prisci epici carminis via fabulari etiamtum utens historia declinarit ad scriptiones Romanenses.

ARISTAENETI

EPISTVLA I 10

OVIDIANAE

EPISTVLAE XX ET XXI

MAXIMI PLANVDIS

GRAECA METAPHRASIS
EPISTVLARVM OVIDIANARVM XX ET XXI 1—12
NVNC PRIMVM EDITA

Aristaeneti epistulam I 10, quippe quae una cum Ovidianis XX et XXI fundamentum esset praesentis disputationis, ex re visum est ipsis oculis subicere diligenter recognitam. id quod gratum fieri lectoribus eo magis confidebam, quoniam Aristaeneti quae extant editiones ita sunt comparatae, vix ut ullam non gravate in manus sumas. adnotavi autem libri qui unus habetur Vindobonensis integram varietatem. hanc enim ut paullulo accuratiorem etiam dare possim quam a Boissonadio ex Bastiana conlatione factum, id promptae humanitati Emanuelis Hoffmanni debeo, qui Haasio et Ritschelio praeceptoribus optimis simul rogantibus epistulam illam contulit accuratissime. est autem liber ille, quem inscripserunt *Aristaeneti Epistolae Amatoriae* imperialis bibliothecae cod. ms. phil. Graec. n. CCCX, membranaceus forma IV minore, constans foliis 64. accedant descriptioni, quae idem vir doctissimus in litteris ad Ritschelium datis adiecit:

Bast im spec. Ed. nov. Arist. p. 7 giebt richtig an, dass der codex von zwei verschiedenen Schreibern herruehre; wenn er aber ueber diese bemerkt 'unus, scripturae compendiis utens plurimis iisque saepenumero lectu difficillimis, caeterum accuratus et paucos admittens calami errores: alter pulchriore manu praeditus et compendiis in scribendo omnino fere abstinens, verum ignorantissimus et stupidissimus homo' cett., so ist was er ueber Beschaffenheit der Schrift und Einsicht der Schreiber sagt, vollkommen richtig: dagegen hat er unbeachtet gelassen, dass beide Schriften um wenigstens zwei Jahrhunderte auseinanderliegen duerften. Der aeltere aeusserst schoen geschriebene Theil, der mit fol. 17 beginnt (I 11 p. 54, l. 16 ed. Boiss.: εἶναι καλὸν κ. τ. λ.), stammt aus dem XII. saec. Der Anfang der Hs. ging verloren und im XIV. saec. mag ein Besitzer dieses codex ἀκέφαλος sich denselben vervollstaendigt haben,

indem er auf 16 Blaettern (2 Quaternionen) die fehlenden 11 Episteln voranstellte. Von fol. 17 ab enthalten die Seiten constant 23 Zeilen, auf fol. 1—16 dagegen schwankt die Zeilenzahl zwischen 18—23.

Coniecturarum contra earum, quae et prorsus sint inanes et vero prostent conlectae in Boissonadiana notarum farragine, abieci nubem, ut parcerem tum chartis tum patientiae lectorum. nec minus eandem ob caussam omittenda duxi codicis glossemata a recentiore manu inter lineas et in marginibus adscripta, quae tantum non omnia exhibuit Boissonadius. obiter addo haece: ad p. 128, 15 *προκολπίου*] *ἀπὸ τοῦ κόλπου. λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν δωροδεκτῶν ἡ λέξις.* ad p. 130, 4 *ἀφειδήσω*] *ἀφειδῶ τὸ ἀνιλεῶ.* ad p. 131, 4 *οὐ μόλιβδον — ἀργύρῳ*] *ὅρα ῥῆμα εὐπρεπές.* ceterum auctor istorum usus est Hesychio. ubi enim adnotat ad p. 129, 15 *ἐγκεκολαμμένα*] *κολάπτω. τὸ κλύπτω ἢ κλώθω πρὸς τὰ γόνατα*, adhibuit depravatam Hesychi glossam *κολάπτει. κλώθει πρὸς τῷ γόνατι, ἢ γλύφει.* etym. Gud. p. 334, 53: *κολάπτει, γλύφει ἢ κλύνθει πρὸς τῷ γόνατι.*

ARISTAENETI EPISTVLA I 10.

Ἐρατόκλεια Διονυσιάδι.

Ἀκόντιος τὴν Κυδίππην καλὸς νεανίας καλὴν ἔγημε κόρην. ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. τὴν μὲν ἅπασι τοῖς ἑαυτῆς φιλοτίμοις κεκόσμηκεν Ἀφροδίτη, μόνου τοῦ κεστοῦ φεισαμένη· καὶ τοῦτον πρὸς τὴν παρθένον εἶχεν ἐξαίρετον ἡ θεός. καὶ τοῖς ὄμμασι Χάριτες οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιεχόρευε δεκάς. τὸν δὲ νέον ἐκόσμουν ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ μὲν ὡς κόρου, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος, καὶ φύσεως ἔρευθος εὐανθὲς ἐπιτρέχον ταῖς παρειαῖς. οἱ δὲ φιλοθεάμονες τοῦ κάλλους εἰς διδασκάλου προϊόντα περιεσκόπουν συνωθοῦντες ἀλλήλους· καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς τούτων πληθούσας μὲν ἀγορὰς στενοχωρουμένας δὲ λαύρας. καὶ πολλοί γε διὰ [τοῦτο] τὸ λίαν ἐρωτικὸν τοῖς ἴχνεσι τοῦ

Adnotatio critica. In codice huic epistulae superscriptum est: *Ὡς ἐν ἐπιστολῇ τὸ κατὰ Ἀκόντιον καὶ Κυδίππην ἐρωτικὸν διήγημα.* — v. 2 *κατὰ θῆον* codex, *κατὰ θεῖον* editio princeps Sambuci. inutilia Tollius et anonymus in *virorum aliquot eruditorum in Aristaeneti epistolas coniecturae communicatae cum editore novissimo, qui suas notas adiecit. accedunt Claudii Salmasii et Th. Munkeri Notae in Aristaenetum. Amstelaedami 1752*, p. 7. — v. 3. aut *καὶ τὴν μὲν* aut *τὴν μὲν οὖν* Hercherus. *φιλοτίμως* anonymus et Douza miscell. obss. in auct. I p. 392. sed cf. Theophylacti Simocattae epist. LXXIV. — v. 4 aut *καὶ γὰρ τοῦτον* aut *τοῦτον γάρ* Hercherus. — v. 5 *καθ' Ἡσίοδον* delet Heinrichius ad Mus. p. 66. — v. 6 *περιχορεύει* codex, *περιεχόρευε* Pauwius. — v. 7 *φαιδροὶ μὲν ὡς καλοί, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονες* codex, *φαιδροὶ μὲν ὡς καλοῦ, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος* anonymus et Douza l. c. p. 392. scripsi *φαιδροὶ μὲν ὡς κόρου φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος*. v. quae disputavi p. 32. — v. 8 *ἐπέτρεχε* Pauwius. — v. 11 *καὶ πολύ γε* codex, supra scripto ab altera manu *πολλοί* idem coniecit Mercerus. *τοῦτο* delet Reiskius virorum aliquot etc. p. 9.

μειρακίου τοὺς ἑαυτῶν ἐφήρμοζον πόδας. οὗτος ἠράσθη Κυδίππης. ἔδει γὰρ τὸν καλὸν τοσούτους τετοξευκότα τῷ κάλλει μιᾶς ἀκίδος ἐρωτικῆς πειραθῆναί ποτε καὶ γνῶναι σαφῶς οἷα πεπόνθασιν οἱ δι' αὐτὸν τραυματίαι. ὅθεν ὁ Ἔρως οὐ μετρίως ἐνέτεινε τὴν νευράν, ὅτε καὶ τερπνὴ πέφυκεν ἡ τοξεία, ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα σφοδρότατα διαφῆκε τὸ βέλος. τοιγαροῦν εὐθέως, ὦ κάλλιστον παιδίον Ἀκόντιε, δυοῖν θάτερον, ἢ γάμον ἢ θάνατον διελογίζου βληθείς. πλὴν αὐτὸς ὁ τρώσας ἀεί τινας παραδόξους μηχανὰς διαπλέκων ὑπέθετό σοι καινοτάτην βουλήν, τάχα που τὸ σὸν αἰδούμενος κάλλος. αὐτίκα γοῦν κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον ὡς ἐθεάσω προκαθημένην τὴν κόρην τοῦ κήπου τῆς Ἀφροδίτης Κυδώνιον ἐκλεξάμενος μῆλον ἀπάτης αὐτῷ περιγεγράφηκας λόγον καὶ λάθρᾳ διεκύλισας πρὸ τῶν τῆς θεραπαίνης ποδῶν. ἡ δὲ τὸ μέγεθος καὶ τὴν χροιὰν καταπλαγεῖσα ἀνήρπασεν ἅμα διαποροῦσα τίς ἄρα τοῦτο τῶν παρθένων μετέωρος ἀπέβαλε τοῦ προκολπίου. 'ἆρα', φησίν, 'ἱερὸν πέφυκας, ὦ μῆλον; τίνα δέ σοι πέριξ ἐγκεχάρακται γράμματα; καὶ τί σημαίνειν ἐθέλεις; δέχου μῆλον, ὦ κεκτημένη, οἷον οὐ τεθέαμαι πρότερον. ὡς ὑπερμέγεθες, ὡς πυρρωπόν, ὡς ἐρύθημα φέρον τῶν ῥόδων. εὖγε τῆς εὐωδίας· ὅσον καὶ πόρρωθεν εὐφραίνει τὴν αἴσθησιν. λέγε μοι, φιλτάτη, τί τὸ περίγραμμα τοῦτο;' ἡ δὲ κόρη κομισαμένη καὶ τοῖς ὄμμασι περιθέουσα τὴν γραφὴν ἀνεγίνωσκεν ἔχουσαν ὧδε· μ ὰ τ ὴ ν Ἄ ρ τ ε μ ι ν Ἀ κ ο ν τ ί ῳ γ α μ ο ῦ μ α ι. ἔτι διερχομένη τὸν ὅρκον, εἰ καὶ ἀκούσιόν τε καὶ νόθον τὸν ἐρωτικὸν λόγον ἀπέρριψεν αἰδουμένη καὶ ἡμίφωνον καταλέλοιπε λέξιν τὴν ἐπ' ἐσχάτῳ κειμένην ἅτε διαμνημονεύουσαν γάμον, ὃν σεμνὴ παρθένος κἂν ἑτέρου λέγοντος ἠρυθρίασε· καὶ τοσοῦτον ἐξεφοινίχθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν ὅτι τῶν παρειῶν ἔνδον εἶχέ τινα ῥόδων λειμῶνα καὶ τὸ ἐρύ-

v. 3 πειρασθῆναι Mercerus. — v. 6 διεφῆκε codex, διαφῆκε quod Abreschius coniecit in lectionibus Aristaeneteis, sed reiecit virorum aliquot etc. p. 9, nunc suscepit C. L. Struvius opusc. I p. 252. διαφῆκα legi Aristaen. I 20 p. 97 me monet Hercherus. — v. 7 Ἀκόντιε fortasse delendum. — v. 11 ad τοῦ κήπου supra scripsit altera manus ἐκ. — v. 12 λάθρα codex, λάθρᾳ Hercherus. — v. 13 τὸ μεγέθος codex. supra scripsit altera manus διά. — v. 14 τίς ἀρα codex, τίς ἄρα Abreschius. — v. 22 codicem habere τὸν Ἄρτεμιν falso Bastius indicat. habet τ\`, quod est τήν. — v. 23 ἐρωτικὸν λόχον Herelius anim. critt. miscell. p. 18 sq. sed cf. Ov. ep. XXI 212. — v. 25 κἂν ἑτέρου λέγοιτο editio princeps, κἂν ἑτέρου λέγοντος coniecit Mercerus, idemque habet codex.

θημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν. εἶπεν ἡ παῖς, ἀκήκοεν Ἄρτεμις· καὶ παρθένος οὖσα θεός, Ἀκόντιε, συνελάβετό σοι τοῦ γάμου.

Τέως οὖν τὸν δείλαιον — ἀλλ' οὔτε θαλάττης τρικυμίας οὔτε πόθον κορυφούμενον σάλον εὐμαρὲς ἀφηγεῖσθαι. δάκρυα μόνον, οὐχ ὕπνον αἱ νύκτες ἐπῆγον τῷ μειρακίῳ. κλάειν γὰρ αἰδούμενος τὴν ἡμέραν τὸ δάκρυον ἐταμιεύετο ταῖς νυξίν. ἐκτακεὶς δὲ τὰ μέλη καὶ δυσθυμίαις μαραινόμενος, τὴν χροιὰν καὶ τὸ βλέμμα δεινῶς ὠρακιῶν, ἐδεδίει τῷ τεκόντι φανῆναι καὶ εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει τὸν πατέρα φεύγων ἐφοίτα· διόπερ οἱ κομψότεροι τῶν ἡλικιωτῶν Λαέρτην αὐτὸν ἐπωνόμαζον, γηπόνον τὸν νεανίσκον οἰόμενοι γεγονέναι. ἀλλ' Ἀκοντίῳ οὐκ ἀμπελῶνος ἔμελεν, οὐ σκαπάνης, μόνον δὲ φηγοῖς ὑποκαθήμενος ἢ πτελέαις ὡμίλει τοιάδε· ‛εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴπητε μόνον· ‛Κυδίππη καλή'· ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν. Κυδίππη, καλήν σε καὶ εὔορκον ὁμοίως προσείπω ταχύ· μηδὲ Ἄρτεμις ἐπὶ σὲ ποιναῖον βέλος ἀφῇ καὶ ἀνέλῃ, μένοι δὲ τὸ πῶμα προσκείμενον τῇ φαρέτρᾳ. ὦ δυστυχὴς ἐγώ· τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον, ὁπότε καί φασι τὴν θεὸν ἐπὶ πάσαις μὲν ἁμαρτάσι κινεῖσθαι δεινῶς, μάλιστα δὲ τοὺς ἀμελοῦντας τῶν ὅρκων πικρότερον τιμωρεῖσθαι. εἴθε μὲν οὖν, ὡς ἀρτίως ηὐχόμην, εὔορκος εἴης, εἴθε γάρ. εἰ δὲ ἀποβαίη, ὅπερ μηδὲ λέγειν καλόν, ἡ Ἄρτεμις ἔστω σοι, παρθένε,

---

v. 1 *διαφέρειν* codex, lineolis terminationem *ειν* indicantibus, quae sunt supra *ερ*, ab altera manu additis. *διαφέρει* editio princeps. *διέφερε* aut *διαφέρειν* Pauwius, alia Abreschius. — v. 2 *συνεβάλετό σοι τοῦ γάμου* codex, *συνεβάλετό σοι περὶ τοῦ γάμου* aut *συνεβάλετό σοι τὸν γάμον* aut *συνελάβετό σοι τοῦ γάμου* Pauwius. tertium et Hemsterhusius ad Luc. Prom. 13. — v. 3 inania moliti sunt circa hanc sententiam ante Reiskium, qui aposiopesin aguovit l. c. *κλαίειν* codex, *κλάειν* Hercherus. — v. 11 *ἔμελλεν* codex, *ἔμελεν* Mercerus. — v. 12 *μόνος δέ* Struvius l. c. p. 253. — v. 13 *μόνον* vel priore *μόνον* iterato vel glossemate ad *γοῦν* adscripto ortum putat Hercherus. — v. 15 *ἐπονομάσει* Cobetus mnemos. IX p. 152. ... *ἐπονομάζει καλήν. εἴ σε καὶ εὔορκον ὁμοίως προσείποιμι ταχύ, μὴ ἡ Ἄρτεμις .... ἀφῇ καὶ ἀνέλῃ, μένῃ δέ* e. q. s. Struvius l. c. — v. 16 *ἐπὶ σοί* codex, *ἐπὶ σέ* Abreschius. — v. 17 *μενεῖ* codex, errat Boissonadius Bastium secutus: *editiones et cod. μένει. μένοι* Hercherus, qui etiam *ἀνέλῃ* et *προσείπω* vitiosum censet. *πτῶμα* codex, sed erasa *τ* littera. — v. 22 *ἔσται σοι* codex l. c. *ἔστω σοι* Douza l. c. p. 393 et Mercerus. *παρθένος* codex, scripsi *παρθένε*. idem coi. Hercherus.

πραεῖα· οὐ σὲ γάρ, ἀλλὰ τὸν δόντα τῆς ἐπιορκίας τὴν πρόφασιν κολαστέον. μαθήσομαι μόνον ὡς μεμέληκέ σοι τῶν γραμμάτων καὶ τοῦ σοῦ πρηστῆρος τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀπαλλάττων οὐχ ἧττον αἵματος ἀφειδήσω τοῦ ἡμετέρου ἥπερ ὕδατος εἰκῇ χεομένου. ἀλλ', ὦ φίλτατα δένδρα, τῶν ἡδυφώνων ὀρνίθων οἱ θῶκοι, ἆρα κἀν ὑμῖν ἐστιν οὗτος ὁ ἔρως, καὶ πίτυος τυχὸν ἠράσθη κυπάριττος ἢ ἄλλο φυτὸν ἑτέρου φυτοῦ; μὰ Δία, οὐκ οἶμαι· οὐ γὰρ ἂν ἐφυλλορροεῖτε καὶ τοὺς κλάδους ἁπλῶς ὁ πόθος κόμης ὑμᾶς καὶ ἀγλαΐας ἐψίλου, ἀλλὰ καὶ μέχρι στελέχους τε καὶ ῥιζῶν ὑπονοστήσας τῷ πυρσῷ διικνεῖτο.' τοιαῦτα μὲν [Ἀκόντιος] τὸ παιδίον διελέγετο πρὸς τῷ σώματι μαραινόμενος καὶ τὸν νοῦν.

Τῇ δὲ Κυδίππῃ πρὸς ἕτερον ηὐτρεπίζετο γάμος· καὶ πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων καὶ μελίφωνοι τοῦτο δὴ Σαπφοῦς τὸ ἥδιστον φθέγμα. ἀλλ' ἄφνω νενόσηκεν ἡ παῖς, καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας οἱ τεκόντες ἑώρων. εἶτα παραδόξως ἀνέσφηλε, καὶ δεύτερον ὁ θάλαμος ἐκοσμεῖτο· καὶ ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος τῆς Τύχης αὖθις ἐνόσει. τρίτον ὁμοίως ταὐτὰ συμβέβηκε τῇ παιδί. ὁ δὲ πατὴρ τετάρτην οὐκ ἀνέμεινε νόσον· ἀλλ' ἐπύθετο τοῦ Πυθίου, τίς ἄρα θεῶν τὸν γάμον ἐμποδίζει τῇ κόρῃ. ὁ δὲ Ἀπόλλων πάντα σαφῶς τὸν πατέρα διδάσκει, τὸν νέον,

---

v. 2 *μεμέληκας* codex, *μεμέληκέ σοι* Cobetus l. c. p. 153. — v. 3 cf. quae disputavi p. 87. *ἀνταλλάττων* Dorvillius crit. vann. p. 606. — v. 4 *εἴπερ* codex, *ἥπερ* Mercerus. — v. 5 *κἂν ἐν ὑμῖν* codex, *κἂν ὑμῖν* vel *καὶ ἐν ὑμῖν* Pauwius. — v. 7 *οὐ γὰρ ἐφυλλοροεῖτε* codex altero *ρ* ab eadem manu supra scripto, *οὐ γὰρ ἐφυλλορροεῖτε μόνον καί* Reiskius l. c. *ἂν* inseruit Hercherus. — v. 8 *κόμης ὁμοῦ* Bastius Boissonadius. falsum autem est quod Boissonadius Bastio auctore dicit, codicem ab altera manu *ὁμοῦ* habere. nihil enim comparet correctionis. *ὁ πόθος ἐσύλα* Iacobsius Achill. Tat. p. 481 ad p. 23, 15, in quibus *κόμης* ante *ἐσύλα* casu omissum est. fortasse *ὑμᾶς* delendum. — v. 9 *fortasse ὑπονομεύσας τῷ πυρσῷ* Iacobsius l. c. — v. 10 *Ἀκόντιος* delet Cobetus l. c. supra *πρός* a secunda manu scriptum *σύν*. — v. 14 *μειλιχίφωνοι* codex, *μειλιχόφωνοι* Mercerus, *μειλιχιόφωνοι* Abreschius virorum aliquot etc. p. 11, *μελίφωνοι* Iacobsius Philostr. imagg. p. 407 ad p. 54, 9 e Philostrato. praeterea *τὸ ἡδὺ πρόσφθεγμα* idem e Philostrato. *πρόσφθεγμα* et Boissonadius. v. quae disputavi p. 89 sq. — v. 16 *ἐνέσφηλε* codex, *ἀνέσφηλε* Mercerus. — v. 17 *τῆς ψυχῆς* codex, *τῆς τύχης* Mercerus, *τῆς Τύχης* Hercherus. — v. 18 *ταῦτα* codex, scripsi *ταὐτά*.

τὸ μῆλον, τὸν ὅρκον, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν θυμόν, καὶ παραινεῖ θᾶττον εὔορκον ἀποφῆναι τὴν κόρην. ‘ἄλλως τε’, φησί, ‘καὶ Κυδίππην Ἀκοντίῳ συνάπτων οὐ μόλιβδον ἂν συνεπιμίξαις ἀργύρῳ, ἀλλ’ ἑκατέρωθεν ὁ γάμος ἔσται χρυσοῦς’. ταῦτα μὲν ἔχρησεν ὁ μαντῷος θεός· ὁ δὲ ὅρκος ἅμα τῷ χρησμῷ συνεπληροῦτο τοῖς γάμοις. αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιώτιδες ἐνεργὸν ὑμέναιον ᾖδον οὐκ ἀναβαλλόμενον ἔτι οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ. καὶ ἡ διδάσκαλος ὑπέβλεπε τὴν ἀπᾴδουσαν καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα τὸν τρόπον· ἕτερος δὲ τοῖς ᾄσμασιν ἐπεκρότει, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵν’ ὦσιν αἱ χεῖρες εὔφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων. ἅπαντα δ’ οὖν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ, καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑωρακέναι οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης. Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσὸν οὐδὲ τὸν Ταντάλου πλοῦτον ἰσοστάσιον ἡγεῖτο τῇ κόρῃ. καὶ σύμψηφοι πάντες ἐμοί, ὅσοι μὴ καθάπαξ τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθεῖς· τὸν γὰρ ἀνέραστον οὐκ ἀπεικὸς ἀντίδοξον εἶναι. ὁ δ’ οὖν τῇ παρθένῳ βραχέα νυκτομαχήσας ἐρωτικῶς τό γε λοιπὸν εἰρηναίων ἀπέλαυεν ἡδονῶν. ἐκάοντο δὲ κατὰ δώματα δαΐδες ἐκ λιβανωτοῦ συγκείμεναι, ὥστε ἅμα κάεσθαι καὶ θυμιᾶσθαι καὶ παρέχειν τὸ φῶς μετ’ εὐωδίας. πάλαι τοίνυν αἱ παρθένοι συναριθμουμένης αὐταῖς τῆς Κυδίππης ἐπλεονέκτουν σφόδρα τῶν γυναικῶν, τὸν κολοφῶνα φέρουσαι τῆς εὐπρεπείας· νυνὶ δὲ τῆς

---

v. 2 *φησὶ Κυδίππην* codex, *καί* inseruit Hercherus. — v. 3 *μόλιβδον* codex, *μόλυβδον* vulgo. — v. 6 *ἡλικιότιδες* codex. — v. 7 *ἐπέβλεπε* codex, *ὑπέβλεπε* e Philostrato Dorvillius Charit. p. 509 ad 130, 19 ed. Reisk. *ἐπάδουσαν* (sic) codex, *ἀπᾴδουσαν* e Philostr. imagg. Mercerus. v. quae disputavi p. 95 sq. — v. 8 *τὸν τρόπον* Herchero suspectum. — v. 10 *εἰς τὸν κοῖλον* codex, *εἰς τὸ κοῖλον* Mercerus. cf. Iacobsium Philostr. imagg. p. 221 ad p. 7, 21. — v. 13 *βραδυτέραν* Piersonus verisim. p. 700. *βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης Ἀκόντιος* codex. ..... *βραχυτέραν. τῆς νυκτὸς ἐκείνης Ἀκόντιος* e. q. s. Valckenarius in editione Abreschiana p. 127. *Ἀκόντιος* in textum inlatum putat Abreschius, cum prius scriptum fuisset .... *ἐκείνης, ἧς οὐκ ἂν* vel *ὥστε οὐκ ἂν* e. q. s. cf. quae disputavi p. 98. — v. 14 *μήδου* codex, *Μίδου* Mercerus. — v. 15 *πάντα πλοῦτον* codex, *Ταντάλου πλοῦτον* Reiskius. — v. 17 *ὡς δ’ οὖν* codex, *ὁ δ’ οὖν* Mercerus, *ὃς δ’ οὖν* Reiskius. — v. 18 *τότε λοιπόν* codex, *τό γε λοιπόν* Mercerus. *ἔκαον* codex, *ἐκάοντο* Hercherus. — v. 19 *καίεσθαι* codex, *κάεσθαι* Hercherus. — v. 22 *κολοφῶναι* codex, *κολοφῶνα* editio princeps.

νύμφης ἐν γυναιξὶ ταττομένης μειονεκτοῦσιν αἱ κόραι· τοσοῦτον ἡ φύσις ἁπανταχοῦ τὸ λαμπρὸν αὐτῆς ἐκορυφώσατο κάλλος. ὥσπερ δὲ χρυσόπολις ἡ πόα τῷ χρυσῷ μειρακίῳ συνήπτετο προσφυῶς. ἄμφω δὲ λαμπροῖς ὄμμασιν οἷον ἀστέρες ἀνταυγοῦντες ἀλλήλοις φαιδρότερον τῆς ἀλλήλων ἀπέλαυον ἀγλαΐας.

---

v. 3 *χρυσῷ μειρ* (—κ′ written above) codex, accentu probante librarium *μειρακίῳ* legisse. *μείρακι* vulgo cum editione principe. *χρυσῷ, οὕτως ἡ κόρη τῷ μειρακίῳ* Reiskius.

Epistularum Ovidianarum XX et XXI ad quos fere dirigerem recensionem libros seposui manu scriptos sex, impressos duo. quorum quidem partem ab XXI 12 demum advocavi, quoniam abhinc antiquiorum codicum auxilio privamur. sunt autem epistularum codices in duos ordines inter se diversos describendi. namque prior eorum est, qui licet crebris versuum subditiciis additamentis antiquitus aucti sint inveteratisque mendis haud careant, tamen longe integriorem formam repraesentent. in eis vero, qui alterius generis sunt, interpolatio et corruptio librariorum cura atque incuria per saecula XII XIII XIV concepta singulos versus peius deformavit. at abicere hos non licebat, quoniam prior classis vel versuum ep. XX et XXI 1—12 permultis caret. et qui quidem melioris sint generis duo tantum libri innotuerunt.

I (P 1) Parisinus catal. n. 8242 (Puteaneus), cuius conlationem ad eos qui attinebant versus Henrici Keili comitati debeo. descripsit hunc librum Merkelus in Ovidi sui tomo I praef. p. III sq. (cf. L. Muellerum philol. XI p. 61 sqq.). de aliis quibusdam in dubio ab illo relictis certiorem me fecit Alfredus Holderus amicus, qui dum Parisiis strenuam operam navat scholiis Horatianis codicem Puteaneum mea caussa inspexit. habet ille epistulae XX versus non plus 175. ac v. 175 ultimus est (v. 29) foli 54 versi. secuntur vacua folia chartacea duo membranaceis interposita, in quorum priore ab recentiore manu scriptum est: *reliqua epistularum desunt*. folium 57 rectum incipit ab am. I 2, 51. quaterniones nunc habet undecim, quibus olim in fine vel duodecimus vel folia tria (post fol. 96) accedebant (cf. Merkelum), quiniónem unum (fol. 45—54). unde nonnihil dubitationis oritur, num tria solivaga folia inter 54 b et 57 a exciderint, quae sententia est Luciani Muelleri de re metr. p. L. p. 44. ipsi alias forsan hanc quaestionem cum eis quae cohaerent pertractabimus.

ceterum idem Holderus iudicavit Putaeneum non esse saeculi IX vel X, sed potius XI.

II (G) Guelferbytanus mst. extrav. 260, quem Ritschelio intercedente huc transmissum contuli ipse. descripsit hunc quoque librum Merkelus l. c. p. V sq. eiusque folia 40 quae sequentibus sunt antiquiora saeculo XII ineunti assignavit. sunt tamen facile aliquanto recentiora. inde a folio 41 (ep. XX 175) recentior incipit manus eademque et foli 39 b ultimum versum (XX 112), cui a manu priore vacuum spatium relictum erat, supplesse videtur. desinit autem hic liber ep. XXI v. 12. abhinc folium opplevit recentior etiam manus de rebus sacris disserendo. at horum paucissima comparent. super quibus manus saeculi fortasse XV scripsit: *hic non est totus liber hic quod sic* (?) .... extremum autem verbum expedire non potui. at vel intra fines versuum indicatos multa libro male habito vel perdita sunt vel legi nequeunt. XX 113, 114 et initium 115 desunt foli (40) summa parte desecta, in sequentibus haud pauca oblitterata sunt, 155—175 folio ut dixi superne mutilo ceteris madore tantum non omnibus exesis legi nequeunt. deinde in folio sequenti (41) quod est extremum, cum oblique truncatum sit, demum inde a v. 208 versuum singulorum laciniae in versum maiores legi possunt. a v. 216 usque ad 239 expedita lectio est, in folio verso paucula tantum verba dignoscuntur versuum 9, 10, 11, 12 epistulae XXI. ceterum huius libri scripturae vel in ea parte quam prior manus administravit tales sunt, ut ad ordinem librorum peius interpolatorum prope accedere videatur. omnino hunc codicem a Merkelo iusto pluris factum crediderim.

Inferioris generis exemplaria creberrima per bibliothecas dissipata inveniuntur. at non fere nisi erratis quibusdam et coniectis differunt. atque horum elegi quattuor[1]), quae nolo sane contendere ceteris a bonitate vel antiquitate praecellere.

III (L) Laurentianus plut. XXXV cod. 27, membranaceus forma IV maiore, constans foliis 69, cuius conlationem ad XX et XXI debeo Vlrico Koehlero. continet hic liber praeter heroicum carmen *de quatuor complexionibus hominum vel de medicamine surdorum* Ovidi nomine inscriptum heroidas exceptis IV V XV integras. epistula tamen XXI inde a v. 8 in charta recentiore, ut scribit Koehlerus, altera manu exarata est. atque hanc quidem esse saeculi XV, priorem saeculi XIV ex Bandini verbis catal. II p. 237 licebit conligere: *codex saec. XIV, aliquibus in locis*

---

[1]) Conlatos habebam ad XX et XXI 1—12 etiam hos libros: Parisinos 7993 et 8243, Guelferbytanum Gud. 161, Laurentianum plut. XXXVI cod. 28. hoc unum commemoro, quod XX 3 Laurentianus ille librari vel lapsu vel coniectura habet *qd'*. ipse conieceram *quod*.

saeculi XV suppletus. conlatus idem (*Mediceus*) est ab Heinsio, quem tamen saepius deprehendes errantem in adnotatis variis scripturis.

IV (P 2) Parisinus 7994 olim Mentelianus, saeculi XIII. epistulae XX desiderantur versus 1—15 folio uno (23) intercepto. post v. 12 epistulae XXI subscriptum est: *Explicit Ovidius epistolarum Incipit matia eiusdem.* contulit mihi hunc librum ad XX et XXI 1—12 cum aliis Parisinis Holderus.

V (S) Codex bibliothecae Sessorianae (monasteri *S. Croce*), qui in catal. est CIX, sed sub n. CX asservatur, membranaceus formae VIII, teste Reifferscheidio, cui debeo conlationem ad XX et XXI 1—12, saeculi XIV. continet nihil praeter epistulas Ovidianas. post XXI 12 subscriptum est: *Explicit Ovidius epistolarum. Deo gratias. Amen.*

VI (P 3) Parisinus 7997 (Mazarineus) membranaceus saeculi XV exeuntis vel XVI foliis constans 195. continentur Ovidi *epistolarum libri III* (sic) amores Ibis Sapphus epistola ars amandi et remedia. ad partes vocavi hunc librum demum ab XXI 12, quoniam in praecedentibus non poterat ullius usus esse. desinit in v. 144 epistulae Cydippae cum subscriptione: *P. Ovidii Nasonis epistolarum liber finit.* is codex vix dubito quin sit Sarravianus Heinsi, quamquam variae lectiones ex Sarraviano ab illo allatae identidem discrepant. sed videtur hic quoque interdum diversa confudisse. contulit mihi versus 144 Holderus.

VII (r) Ovidi editio cum Bononiensi princeps, quae prodiit Romae (*apud Sweynheim et Pannartz*) 1471 et 1472. in hac superscriptum est epistulae XXI: *Cydippe Acontio herodum* (sic) *Ovidii ultima recens reperta.* secuntur epistulae 144 versus postque eos *Quinti Ovidii Nux.* discrepantias notavi inde a v. 13 epistulae Cydippae. contulit ad versus 144 Holderus rarissimae editionis exemplar regium Parisinum.

VIII (v) editio Veneta anni 1486 ab Holdero Parisiis ad XXI conlata, quam ceteris Venetis Ovidi ferunt esse meliorem. atque habet ea Cydippae epistulam totam. subieci autem huius quoque libri discrepantias tantum inde a v. 13 epistulae XXI.

Poteram quoque Guelferbytani qui tertius est in I. Ch. Iahni editione (Gud. 297) variam scripturam ad XXI 13—144 olim a me enotatam adicere. sed nihil ille peculiare habet praeter scribendi errores innumeros. nam neglegentissime exaratus est. omnino L P3 G3 r v ita concordant, ut appareat, ex eodem omnes sat antiquo libro paucis exemplaribus interiacentibus deductos esse, qui et cum integer esset et duorum foliorum iactura in fine mutilus descriptus sit. ad posterius apographum redeunt P3 G3 r, ad prius v et inde ab

epistulae XXI versu 8 L. nec enim dubium est, quin primo L desierit in v. 12 ep. XXI, quattuor versibus in extremo folio recto scriptis, dein cum codex quidam integram Cydippae epistulam continens offerretur, extremo folio abscisso novisque alligatis saeculo forsan XV exeunte mancum exemplar sit completum. at cum librorum P3 G3 v artiorem affinitatem evincat communio vitiorum quae habent in versibus ep. XXI 34, 40, 45, 71, 80, 109, 123, 129, 144, non dubitabimus, quin in v usque ad v. 144 codex quidam ab mutilo archetypo derivatus librisque P 3 G 3 gemellus adscitus sit. discrepat cum r, in quo emendatoris constantia vestigia apparent, tum maxime L.

Virorum doctorum coniecturas adscripsi selectas.

Denique Planudeae metaphrasis vel particula num lucem mereretur, postquam perlegi apographum ab Holdero accuratissime confectum, dubitabam paullisper. nam apparet, Planudem usum esse vili quodam libro eius generis, cuius sexcenta nos possidemus exemplaria, ac bonum hominem desudasse in eisdem fere corruptis sensuque haud raro cassis versibus exprimendis, qui hodie leguntur in interpolatis libris. et quidem affatim crassa Minerva rem impeditam administravit neque apprime Latine doctum sese praestitit, quando quidem v. c. satis lepide *conciliare* (*consiliare*) XX 24 vertit σνμβουλεύειν ac participium *clausa* XX 242 κλείς. cum nihilo setius hoc serae at satis adhuc purae Graecitatis monumentum iam ex parte edam, hoc nolo ea re excusare, quod integrum Lennepius erat editurus (cf. Lennepi praef. heroid. p. VII sq.), aut quod viri docti tota volumina versionum Planudearum nullo ferme pacto hac utiliorum certatim ediderunt. sed si nil aliud certe hoc ex istis pagellis discatur ab eis quorum interest, Planudeam versionem ad emendandas epistulas Ovidianas nullius esse usus, ut si cui forte totius editae versionis desiderium fuerit, is hoc iam specimine contentus sit futurus. continetur autem Planudea metaphrasis codice Gr. bibl. Paris. imper. 2848 (3345 apud Montefalconium) chartaceo saec. XV exeuntis, fol. 265 a usque ad 340 a. praecedit metamorphoseon metaphrasis ab eodem Planude conscripta. quod in primum editis faciendum praecipiunt, apographum dedi integrum correctis non nisi accentibus et interpunctione aliisque quibusdam pusillis erratis. coniecturas meas et quasdam amicorum in infima pagina adnotavi.

EPISTVLAE OVIDIANAE XX ET XXI

Acontius Cydippae

Pone metum: nihil hic iterum iurabis amanti.
  promissam satis est te semel esse mihi.
perlege. discedat sic corpore languor ab isto,
  quod meus est ulla parte dolere dolor.
quid pudor ora subit? nam sicut in aede Dianae
  suspicor ingenuas erubuisse genas.
coniugium pactamque fidem, non crimina, posco:
  debitus ut coniunx, non ut adulter, amo.
verba licet repetas, quae demptus ab arbore foetus
  pertulit ad castas me iaciente manus:
invenies illic id te spondere, quod opto
  te potius, virgo, quam meminisse deam.
nunc quoque idem teneo, sed idem tamen acrius illud:
  adsumpsit vires auctaque flamma morast,

Adnotatio critica. titulum *ACONTIVS CYDYPPAE* habet P1. in P2 v. 1—15 desunt folio uno abscisso. v. 1 *nichil* et *michi* constanter omnes excepto P1. — v. 2 *periuram* G. — v. 3 *langor* L S. — v. 4 *qui* libri, scripsi *quod*. *dolore* P1 S, *dolere* G L. — v. 5 *pudor ante* P1 G L, *pudor an* (*an* pro *añ*) S, *pudor ora* aliquot codices interpolati et editiones veteres. — v. 8 *debitos* P1. *coniux* P1 L. — v. 10 *iacente* G. — v. 13 *nunc quoque idem timeo. sed idem tamen acrius illud*| *adsumpsit vires, auctaque flamma mora est* vulgo distinguunt, quam mutavi interpunctionem. *timeo* libri, *teneo* Oudendorpius, *cupio* Bentleius, cuius emendationes Ovidianae sunt in Ovidi editione Oxoniensi a. 1826 vol. V. — v. 14 *adsumpsit* P1, *assumsit* G, *assumpsit* ceteri. *flaminaora est* P1, *flama mea est* S.

quique fuit numquam parvus, nunc tempore longo
  et spe, quam dederas tu mihi, crevit amor.
spem mihi tu dederas, meus hic tibi credidit ardor:
  non potes hoc factum teste negare dea.
adfuit et praesens ut erat tua verba notavit
  et visast mota dicta tulisse coma.
deceptam dicas nostra te fraude licebit,
  dum fraudis nostrae causa feratur amor.
[fraus mea quid petiit, nisi uti tibi iungerer uni?
  id me, quod quereris, conciliare potest.]
non ego natura nec sum tam callidus usu:
  solertem tu me, crede, puella, facis.
te mihi conpositis, si quid tamen egimus, arte
  adstrinxit verbis ingeniosus Amor.
dictatis ab eo feci sponsalia verbis,
  consultoque fui iuris Amore vafer.
sit fraus huic facto nomen dicarque dolosus,
  si tamen est quod ames velle tenere dolus.

---

v. 15 *nonquam* G, *nec tempore* P 1 G L. — v. 16 *et spes* P 1, qui a prima manu habebat *et spe* L S, *ex spe* G L P 2. *creuit* [scit] P 1, *crescit* L S. G omisit verba *tu mihi* — *dederas,* deinde recentior m. adscripsit *tu mihi crescit amor, spem mihi tu dederas meus.* — v. 17 *tibi* omisit L. — v. 18 *hoc* [non] *potes* P 2. — v. 19 *atfuit* [d] P 1, *affuit* ceteri. *uteratua* [nt] P 1. — v. 20 *notasse* P 2. hic v. graviter interpolatus videtur. cf. fast. II 846, met. IX 261 etc. forsan poeta ita fere scripserat: *et visast motu (nutu) signa dedisse bona.* cf. amor. III 2, 58, ep. VII 96. *signa dedisse* iam Slichtenhorstius. — v. 21 *nostra* [te] *fraude licebit* P 1, *licebit* a sec. m. in rasura. — v. 22 *sic fraudis* G. — v. 23 hoc distichon aut valde mendosum aut spurium iudicavit N. Heinsius. *quipetit* [d i] *nisi ut* P 1, *nisi quod* G L P 2, *nisi uti* aliquot libri et editiones. — v. 24 *consciliare potes* S, *potes* P 2 L 1. — v. 25 *non sum tam* L 2. *calidus* L 2 S et *calidus usus* in *callidus usu* correctum P 1. — v. 26 *solertum* P 1, *sollertem* ceteri. — v. 27 *compositis* libri. *a me* P 1, *arte* G L P 2 S. cf. quae de hoc v. disputavi p. 61 sq. n. 1. — v. 28 *adstrixit* P 1, *astrinxit* G P 2, *astrinsit* L, *abstrinxit* S. — v. 30 *consumptoque* P 1 L S, *consumptoque* [sulto] P 2, *consumtoque* G, *consultoque* L P 2. *faver* G. — v. 32 *amas* S. *dolos* [u] G.

en iterum scribo mittoque rogantia verba:
  altera fraus haec est quodque queraris habes.
si noceo, quod amo, fateor, sine fine nocebo,
  teque, peti caveas tu licet, usque petam.
per gladios alii placitas rapuere puellas:
  scripta mihi caute littera crimen erit?
di faciant possim plures inponere nodos,
  ut tua sit nulla libera parte fides!
mille doli restant. clivo sudamus in imo.
  ardor inexpertum nil sinet esse meus.
[sit dubium possisne capi, captabere certe.
  exitus in dis est, sed capiere tamen.]
ut partem effugias, non omnia retia falles,
  quae tibi quam credis plura tetendit Amor.
si non proficient artes, veniemus ad arma,
  inque tui cupido rapta ferere sinu.
non sum qui soleam Paridis reprehendere factum,
  nec quemquam, qui, vir posset ut esse, fuit.
nos quoque — sed taceo. mors huius poena rapinae
  ut sit, erit, quam te non habuisse, minor.
aut esses formosa minus, peterere modeste:
  audaces facie cogimur esse tua.
tu facis hoc oculique tui, quibus ignea cedunt
  sidera, qui flammae causa fuere meae,
hoc faciunt flavi crines et eburnea cervix
  quaeque, precor, veniant in mea colla manus

---

v. 34 *quod*[que]*queraris* P1. — v. 35 *sic* L. — v. 36 *teque petam caveas tu licet ipse petam* P1 L P2, *teque petam caveas tu licet ipsa petam* G S, *teque petam caveas tu licet ipsa peti* quattuor libri Heinsi, qui coniecit *teque, peti caveas tu licet, usque petam.* — v. 37 *placidas* P1 G L P2. — v. 39 *dii* L P2 S. *possem* P1 L. *inponere* P1, *imponere* ceteri. — v. 41 *mille modi* L S. *subdamus in uno* L. — v. 42 *sinit* G L, *sin*[u] P2. — v. 43 sq. circumscripsi. — v. 44 *in diis* P2 S, *insidiis* L. — v. 46 *credas* Heinsius. — v. 47 *proficiunt* G, *proficiant* L. — v. 48 *inque tui cupidus* et in margine *inque meo cupido* P1, *inque* [mei] *tui cupido* G, *inque mei cupido* P2 S, *inque meo cupidi* Heinsius. — v. 49 *solleam Paridis reprendere* S, *de*[r]*pendere* G. — v. 50 *posse*[t] *ut* P1, *possit* L P2 S. — v. 53 *O esses* P2. — v. 55 *tu*[que] *facis oculique* P1. — v. 57 *flavi faciunt* G.

et decor et vultus sine rusticitate pudentes
et Thetidis qualis vix rear esse pedes.
cetera si possem laudare, beatior essem:
nec dubito totum quin sibi par sit opus.
hac ego conpulsus non est mirabile forma,
si pignus volui vocis habere tuae.
denique, dum captam tu te cogare fateri,
insidiis esto nescia capta meis.
invidiam patiar, passo sua praemia dentur:
cur suus a tanto crimine fructus abest?
[Hesionen Telamon, Briseïda cepit Achilles,
utraque victorem nempe secuta virum.]
quamlibet accuses et sis irata licebit,
irata liceat dum mihi posse frui.
idem qui facimus factam tenuabimus iram:
copia placandi sit modo parva tui.
ante tuos liceat flentem consistere vultus
et liceat lacrimis addere verba suis
utque solent famuli, cum verbera saeva verentur,
tendere submissas ad tua crura manus.
ignoras tua iura. voca. cur arguor absens?
iamdudum dominae more venire iube.
ipsa meos scindas licet inperiosa capillos
oraque sint digitis livida nostra tuis:

---

v. 60 *quales* G L P2 S. *reor* G L S. — v. 62 $\overset{a}{\textit{tu}}$ *pars sit* P1, *tua pars sit* G L P2 S, *sibi par sit* alii libri interpolati. — v. 63 *compulsus* libri. — v. 66 *capta puella meis* libri. sed *puella* inlatum ex a. a. I 458 vel ep. XXI 122 (cf. amor. II 12, 8, rem. 554, ep. XII 92 etc.). scripsi *nescia capta* ex a. a. I 458. — v. 67 *patior* L S. — v. 68 $\overset{u}{\textit{fractus}}$ P1. — v. 69 *Hesionem thelamon* G L S, *hesionem* P2. *briseda* G, *breseida caepit Achillis* P1. — v. 69 sq. circumscripsi. cf. Briseidis epist. 69. — v. 71 *libebit* a m. pr. G. — v. 72 *dum modo* P2. — v. 73 *fecimus* P2. — v. 74 *sit modo placandae copia parva tui* S, *placandae* L. — v. 75 *flentes* P1, *flentem liceat* P2. — v. 76 *adere verba sui* P1, *verba meis* L P2 S. — v. 78 *tendam* P2. *sūmisa* $\overset{a}{\textit{sed}}$ P1, *summissas sub* G P2, *submissas sub* S. *tua iura* P2. — v. 79 *auguror* a pr. m. G. — v. 81 *inperiosa* P1 G, *imperiosa* ceteri. — v. 82 *aspera nostra tuis* G, *aspera facta tuis* L, *livida facta meis* S.

omnia perpetiar: tantum fortasse timebo,
  corpore laedatur ne manus ista meo.
sed neque conpedibus nec me conpesce catenis:
  servabor firmo vinctus amore tui.
cum bene se quantumque volet satiaverit ira,
  ipsa tibi dices: 'quam patienter amat!'
ipsa tibi dices, ubi videris omnia ferri:
  'tam bene qui servit, serviat iste mihi!'
nunc reus infelix absens agor, et mea cum sit
  optima non ullo causa tuente perit.
hoc quoque quod quereris sit scriptum iniuria nostrum:
  quod de me solo nempe queraris habes.
non meruit falli mecum quoque Delia. si non
  vis mihi promissum reddere, redde deae.
[adfuit et vidit, cum tu decepta rubebas,
  et vocem memori condidit aure tuam.]
omina re careant. nihil est violentius illa,
  cum sua, quod nolim, numina laesa videt.
[testis erit Calydonis aper. nam scimus, ut illo

---

v. 83 *tantum hoc* L. — v. 85 *compedibus* libri. *conpesce* P1, *compesce* ceteri. — v. 87 *quantum volet* S, *quantumque voles* Heinsius. *satiaverit Nā* P1. — v. 89 *ferre* libri, scripsi *ferri*. — v. 91 *agor absens* L. *mea cum sit* a sec. m. in rasura P1, *cur sit* S. — v. 92 *obtima* G. *tunente* eraso priore *n* et in margine scripto *l' timente* P1. *periit* S. — v. 93 *hoc quoque quod* ... *ıııs sit* tribus litteris inter *quod* et *ıııs* erasis P1. *hoc quoque quod tu* $\overset{sit}{vis}$ *scriptum iniuria nostra*, in quibus *sit* et, aliis deletis, *tu vis* a sec. m. exaratum est, G. *hoc quod amor iussit scriptum est iniuria nostra* L et, nisi quod *nostri* habet, S. *hoc quoque quod iussit scriptum est iniuria nostri* P2. scripsi *hoc quoque quod quereris*. — v. 94 *quid* P2. *solo de me* G. — v. 95 *non mecum falli meruit* G, *non falli meruit mecum* P2. — v. 96 *reddere* omissum deinde in margine adscriptum P1. — v. 97 sq. circumscripsi. cf. v. 19. *adfuit* P1, *affuit* ceteri. — v. 98 *memori vocem* P2 S. *ore suo* G. — v. 99 *omnia* correctum in *omina* P1, *omnia* P2. *nil* cui superscriptum est *nichil* G. cf. Lucianum Muellerum de re metr. p. 47. in S v. 99—178 interciderunt uno folio abscisso. — v. 100 *quod nolim* P1, *quae nolim* G supra *quae* scripto *t*, sed ipsa varia lectio deest, *quod noluit* L, *quod nolit* P2. — v. 101 sq. adulterinos censuerunt Heinsius et Schraderus. sed v. 101—107 toti haud dubie interpolatoris sunt inficeti. *testis adest* P2, *testis erit* ... *lydon* ... *aper* .... manco versu ab sec. m. in margine completo *nam*

sit magis in natum saeva reperta parens,
testis et Actaeon quondam fera creditus illis,
ipse dedit leto cum quibus ante feras,
quaeque superba parens, saxo per corpus oborto,
nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo.]
ei mihi, Cydippe! timeo tibi dicere verum,
ne videar causa falsa monere mea.
dicendum tamen est. hoc est, mihi crede, quod aegra
ipso nubendi tempore saepe iaces:
consulit ipsa tibi, neu sis periura laborat
et salvam salva te cupit esse fide.
inde fit ut, quotiens existere perfida temptas,
peccatum totiens corrigat illa tuum.
parce movere feros animosae virginis arcus:
mitis adhuc fieri, si patiare, potest.
parce, precor, teneros corrumpere febribus artus:
servetur facies ista fruenda mihi:
serventur vultus ad nostra incendia nati,
quique subest niveo lenis in ore rubor.
hostibus et si quis ne fias nostra repugnat
sic sit, ut invalida te solet esse mihi.
torqueor ex aequo vel te nubente vel aegra,
dicere nec possum, quid minus ipse velim.
maceror interdum, quod sim tibi causa dolendi,
teque mea laedi calliditate puto.

---

scimus ut illo P1. *ca* et *is* a pr. m. superscripta sunt, genuinis litteris eadem qua alterum hemistichium rasura exhaustis. *calidonis* (u superscr.) et *illo* (a superscr.) G.

v. 102 *sevas* P2. — v. 103 *atheon* L. *creditur* P1. — v. 106 *num quoque* P1. *migdonea* L. — v. 107 *dicever* (re bum superscr.) ... tribus litteris erasis P1. — v. 108 *falsa causa* L, *movere* G. — v. 109 in repetito *est* fortasse vitium latet. *discendum* erasa *s* littera P1. — v. 110 *iacis* (e superscr.) P1. — v. 113 *exis · re* (te superscr.) P1. — v. 115 *artus* P1 et cum varia scriptura *arcus* L. — v. 116 *nutis* P1. *paciere* G. — v. 119 *servetur* et *natus* L, fortasse *voltus* a pr. m. P1. — v. 120 *levis in ore pudor*, cui superscriptum *rubor*, L. — v. 121 *ne ficias* a pr. m. P1, *fias ne* et *repugnet* (?) G. — v. 124 *nec* (non superscr.) *possum* G. *ipse* (esse superscr.) *velim* P1, *esse velim* L P2. — v. 125 *quod sum tibi causa doloris* L.

in caput a nostrum dominae periuria, quaeso,
eveniant! poena tuta sit illa mea!
ne tamen ignorem quid agas, ad limina crebro
anxius huc illuc dissimulanter eo:
subsequor ancillam furtim famulumque requirens,
profuerint somni quid tibi quidve cibi.
me miserum, quod non medicorum iussa ministro
effingoque manus insideoque toro!
et rursus miserum, quod me procul inde remoto
quem minime velim forsitan alter adest!
ille manus istas effingit et adsidet aegrae,
invisus superis cum superisque mihi,
dumque suo temptat salientem pollice venam,
candida per causam brachia saepe tenet,
contrectatque sinus et forsitan oscula iungit:
officio merces plenior ista suost.
quis tibi permisit nostras praecerpere messes?
ad spes alterius quis tibi fecit iter?
iste sinus meus est, mea turpiter oscula sumis:
a mihi promisso corpore tolle manus!
[improbe, tolle manus! quam tangis, nostra futurast:
postmodo si facies istud, adulter eris.
elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter:
si nescis, dominum res habet ista suum.
nec mihi credideris, recitetur formula pacti,

---

v. 127 *in caput nostrum* P1, *inque caput nostrum* G L, *in caput et nostrum* P2, *in caput o nostrum* Heinsius, *in caput a nostrum* Lucianus Muellerus. — v. 128 *sit tota* L. — v. 130 *hoc illud* et a sec. m. *hac illac* P1. *dissimulantur* quod correxit sec. m. G. — v. 131 *famulamque requiro* L, *quirens* a rec. m. suppletum G. — v. 132 *sompni* L P2. — v. 134 *efingoque manus insidioque doro* quod correctum est *thoro* P1, *thoro* G L P2. — v. 135 *remoto* P1, *removi* G L P2. — v. 136 *velim* P1, *vellem* ceteri. *obest* G. — v. 137 *ista sed finge et codside aegrae* (supra: f, it, a, t) P1, *figit* cui *astringit* adscriptum est L, *stringit quod sis facis egre* P2. — v. 139 *temtat* G, *tentat* P1 L. *salientes pollice venas* L. — v. 141 *iungit* (supra: e) G. — v. 144 *ad spis* correctum in *ad spes* P1. — v. 145 *menses* (supra: s) P1. — v. 147—155 circumscripsi. — v. 148 *facias* P2. — v. 149 *sibi non* L. *vendicat* P2. — v. 150 *si dominum nescis* P2. — v. 151 *facti* a pr. m. G.

neu falsam dicas esse, fac ipsa legat.
alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi!
quid facis hic? exi! non vacat iste torus.]
nam quod habes et tu gemini verba altera pacti,
non erit idcirco par tua causa meae.
haec mihi se pepigit, pater hanc tibi, primus ab illa,
sed propior certe quam pater ipsa sibist.
promisit pater hanc, haec et iuravit amanti.
ille homines, haec est testificata deam.
ille timet mendax, timet haec periura vocari:
num dubitas, hic sit maior an ille metus?
[denique, ut amborum conferre pericula possis,
respice ad eventus: haec cubat, ille valet.]
nos quoque dissimili certamina mente subimus:
nec spes par nobis nec timor aequus adest.
tu petis ex tuto: gravior mihi morte repulsast,
idque ego iam, quod tu forsan amabis, amo.
si tibi iustitiae, si recti cura fuisset,
cedere debueras ignibus ipse meis.
nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua,
ad quid, Cydippe, littera nostra redit?
hic facit ut iaceas et sis suspecta Dianae:
hunc tu, si sapias, limen adire vetes.
hoc faciente subis tam saeva pericula vitae,
atque utinam pro te, qui movet illa, cadat!
quem si reppuleris nec, quem dea damnat, amaris,
et tu continuo, certe ego salvus ero.

---

v. 152 *face* a pr. m. G, *fac illa* L. — v. 155 vocabulum quod fuit inter *tu* et *verba* detritum est in P 1, qui in margine habet *humani. tu verba humani altera* L, *tu verba humana altera* P 2. in G hi versus evanuerunt, v. praef. *gemini* Merkelus. — v. 158 *proprior* P 1. — v. 159 *haec ipsa iuravit* L. — v. 161 *hic metuit mendax* libri, scripsi *ille timet mendax*. *haec[t]e periura* P 1, *hec et periura* L, *mendax haec et periura* P 2. — v. 162 *an dubitas* P 1, *non dubitas* P 2, *num dubitas* L. — v. 163 sq. circumscripsi. — v. 168 *idque ego quod iam tu* L. — v. 170 *credere* P 1. — v. 172 *ad[d]q*; .... *ppe* P 1. — v. 175 P 1 deficit. — v. 175—178 valde suspecti. — v. 176 *illa* P 2 et a pr. m. G, *ille* L et correctus G. — v. 177 *repuleris* vulgo. *dampnat* L P 2. — v. 178 *et continuo* in margine *tu* suppleto G.

siste metum, virgo. stabili potiere salute:
fac modo polliciti conscia templa colas.
non bove mactato coelestia numina gaudent,
sed quae praestandast et sine teste fide.
ut valeant, aliae ferrum patiuntur et ignes,
fert aliis tristem sucus amarus opem.
nil opus est istis: tantum periuria vita,
teque simul serva meque datamque fidem.
praeteritae veniam dabit ignorantia culpae:
exciderant animo foedera lecta tuo.
admonita es modo voce mea modo casibus istis,
quos, quotiens temptas fallere, ferre soles.
his quoque vitatis in partu nempe rogabis,
ut tibi luciferas afferat illa manus.
audiet, heu repetens quae sint audita: requiret,
iste tibi de quo coniuge partus eat.
promittes votum: scit te promittere falso.
iurabis: scit te fallere posse deos.
non agitur de me: cura maiore laboro:
anxia sunt vitae pectora nostra tuae.
cur modo te dubiam pavidi flevere parentes,
ignaros culpae quos facis esse tuae?
et cur ignorant? matri licet omnia narres.
nil tua, Cydippe, facta ruboris habent.
ordine fac referas, ut sis mihi cognita primum,
sacra pharetratae dum facit ipsa deae,
ut te conspecta subito, si forte notasti,

---

v. 180 *policiti* S. — v. 181 *non* G S, *nec* L P2. — v. 183 sq. ut ex rem. 227 sqq. conferruminatos non iniuria suspectat C. Zangemeisterus. cf. etiam amor. III 11, 8. at simul v. 185 sq. expellendi. cf. fast. IV 926, ex P. II 7, 84, trist. V 14, 20. *paciantur* a pr. m. G. — v. 184 *sucus* L, *succus* G P2 S. — v. 189 *ammonita* P2. *cum casibus* G L S. — v. 190 *temtas* a pr. m. G, *pergis* S. — v. 193 *audiet haec* G L P2 S, *audiet et* ed. Rom. 1471. scripsi *audiet, heu. sunt audita* L S. — v. 194 *ipsa* libri, scripsi *iste* et mutavi interpunctionem. *erat* L. — v. 195 *promittis* P2. — v. 198 *ansia* L. — v. 200 *cur licet esse* P2. — v. 201 *haec cur ignorant* P2, *et cur ignorent* G. — v. 204 *facit* codex unus interpolatus, *facis* reliqui. illud coi. etiam Cuperus in Burmanni syll. epistt. II p. 700. v. quae disputavimus p. 55 et in addendis ad h. p.

restiterim fixis in tua membra genis
et, te dum nimium miror, nota certa furoris,
deciderint humero pallia lapsa meo.
postmodo nescio qua venisse volubile malum
verba ferens doctis insidiosa notis:
quod quia sit lectum sancta praesente Diana,
esse tuam vinctam numine teste fidem.
ne tamen ignoret, scripti sententia quae sit,
lecta tibi quondam nunc quoque verba refer.
'nube, precor', dicet, 'cui te bona numina iungunt,
quem fore iurasti, sit gener ille mihi:
quisquis is est, placeat, quoniam placet ante Dianae'.
talis erit mater, si modo mater erit.
si tamen et quaerat, quis sim qualisque, videto:
inveniet vobis consuluisse deam.
insula Carthaeis quondam celeberrima nymphis
cingitur Aegaeo, nomine Cea, mari.
illa mihi patriast. nec, si generosa probatis
nomina, despectis arguor ortus avis.
sunt et opes nobis, sunt et sine crimine mores,
amplius utque nihil, me tibi iungit amor.
appeteres talem vel non iurata maritum:
iuratae vel non talis habendus erat.
haec tibi me in somnis iaculatrix scribere Phoebe,
haec tibi me vigilem scribere iussit Amor:
e quibus alterius mihi iam nocuere sagittae,
alterius noceant ne tibi tela, cave.

v. 207 *ut te* P2. — v. 208 *deciderant* L. — v. 209 *post ego* G, *nescio quo* P2. — v. 210 *dictis* G. — v. 212 *tua victam* G, *tuam victam* S. — v. 213 *ne tamen ignorent* G, *nec tamen ignorent* L, *ne tamen ignorant* S, *ne tamen ignoret quae sit sententia scripti* P2. — v. 215 *nomina* G. — v. 217 tentavi *placuit quoniam ante.* — v. 219 *sed tamen* P2. *si tamen inquirat* Heinsius. — v. 220 *nobis* L S. — v. 221 *coriciis* G P2, *chorinthiis* L, *corrinthiis* S, *Carthaeis* Buttmannus mythol. II p. 120 sq., cf. Schneidewinum ad Heraclid. pol. c. 9. — v. 223 *probaris* L P2. — v. 224 *auguror ortus aquis* G, *aquis* etiam L S, *aquis* in *avis* correctum P2. — v. 225 *et sunt sine* S. — v. 226 *iungat* G L. — v. 229 *insopnis* L, *in sompnis* P2 S. — v. 230 *vigilans* G L P2 S, *vigilem* duo Burmanni. — v. 231 *ex quibus* L.

iuncta salus nostrast: miserere meique tuique.
  quid dubitas unam ferre duobus opem?
quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt
  tinctaque votivo sanguine Delos erit,
aurea ponetur mali felicis imago
  causaque versiculis scripta duobus erit:
'effigie pomi testatur Acontius huius,
  quae fuerint in eo scripta, fuisse rata.'
[longior infirmum ne lasset epistola corpus,
  clausaque consueto sit tibi fine: vale!]

Cydippe Acontio

Pertimui scriptumque tuum sine murmure legi,
  iuraret nequos inscia lingua deos.
et puto captasses iterum, nisi, ut ipse fateris,
  promissam scires me satis esse semel.
nec lectura fui: sed, si tibi dura fuissem,
  aucta foret saevae forsitan ira deae.
omnia cum faciam, cum dem pia tura Dianae,
  illa tamen iusta plus tibi parte favet.
[utque cupis credi, memori te vindicat ira.
  talis in Hippolyto vix fuit illa suo.]
at melius virgo favisset virginis annis,
  quos vereor paucos ne velit esse mihi.
languor enim causis non apparentibus haeret,
  adiuvor et nulla fessa medentis ope.
quam tibi nunc gracilem vix haec rescribere quamque
  pallida vix cubito membra levare putas?
huc timor accedit, nequis nisi conscia nutrix

v. 233 *est* omisit S. — v. 235 *contingerit* S. *rata signa* Cuperus l. c. II p. 700. — v. 241 sq. non minus spurii quam ep. XIV 131 sq. v. 242 insulsus.

Cidipe Acontio P2 S. — v. 4 *me semel esse satis* P2. — v. 7 *thura* P2 S. — v. 9 sq. circumscripsi. — v. 10 *ypolito* P2 S. — v. 12 *veireor* S. hic deficiunt G P2 S. — v. 13 *langor* P3 r v. — v. 16 *tabida vix* Bentleius, sed cf. met. XIV 734, ep. XI 77. *puta* r Bentleius. — v. 17 *nunc timor* L P3 v r, *huc timor* Heinsius.

colloquii nobis sentiat esse vices.
ante fores sedet haec quid agamque rogantibus intus,
ut possim tuto scribere, 'dormit' ait.
mox ubi secreti longi causa optima, somnus,
credibilis tarda desinit esse mora,
iamque venire videt, quos non admittere durumst,
excreat et dicta dat mihi signa nota.
sicut erant properans verba inperfecta relinquo
et tegitur trepido littera coepta sinu.
inde meos digitos iterum repetita fatigat:
quantus sit nobis aspicis ipse labor.
quo peream si dignus eras, ut vera loquamur:
sed melior iusto quamque mereris ego.
ergo te propter totiens incerta salutis
commentis poenas doque dedique tuis?
haec nobis formae te laudatore superbae
contingit merces? et placuisse nocet?
si tibi deformis, quod mallem, visa fuissem,
culpatum nulla corpus egeret ope.
nunc laudata gemo, nunc me certamine vestro
perditis, et proprio vulneror ipsa bono.
dum neque tu cedis nec se putat ille secundum,
tu votis obstas illius, ille tuis.
ipsa velut navis iactor, quam certus in altum
propellit Boreas, aestus et unda refert:
cumque dies caris optata parentibus instat,
inmodicus pariter corporis ardor adest.

---

v. 19 *inter* L P 3 v, *intus* r, idem coi. Heinsius. — v. 21 *longe* P 3 r v, *longi* L. — v. 23 *cumque* Gronovius. — v. 24 *ficta* L P 3 r v, *tecta* Heinsius, *dicta* Burmannus. — v. 25 *sicut eram* L P 3 r v, *sicut erant* Slichtenhorstius. cf. amor. II 5, 45, met. III 178, VI 244, XIII 585 alia. *imperfecta* L P 3 r v. — v. 26 *cauta* L P 3 r v, scripsi *coepta*. — v. 27 *meus digitus* r. — v. 28 falsus Iahnius. *iste labor* r. — v. 29 *quae peream* L P 3, *que* r, *quae pereant* v. *qua peream* vel *quo peream* Heinsius. — v. 30 *moreris* v. *ero* L P 3. — v. 34 *continget* P 3 v. — v. 38 [er] *proditis* P 3, *proditis* L r v. — v. 39 *credis* L. — v. 40 *optas* P 3 v. — v. 43 *quomque* r. *claris* L. — v. 44 *immodicus* L P 3 r v. *inest* L r v, [ad] *inest* P 3.

ei mihi, coniugii tempus crudelis ad ipsum
  Persephone nostras pulsat acerba fores!
iam pudet, et timeo, quamvis mihi conscia non sim,
  offensos videar ne meruisse deos.
accidere haec aliquis casu contendit, et alter
  acceptum superis hunc negat esse virum,
neve nihil credas in te quoque dicere famam,
  facta veneficiis pars putat ista tuis.
causa latet, mala nostra patent. vos pace movetis
  aspera summota proelia, plector ego.
dic mihi, nunc solitoque tibi ne decipe more:
  quid facies odio, sic ubi amore noces?
si laedis quod amas, hostem sapienter amabis:
  me, precor, ut serves, perdere velle velis.
aut tibi iam nullast speratae cura puellae,
  quam ferus indigna tabe perire sinis,
aut, dea si frustra pro me tibi saeva rogatur,
  qua mihi te iactas gratia nulla tuast.
elige, quid fingas: non vis placare Dianam,
  inmemor es nostri: non potes, illa tuist.
vel numquam mallem vel non mihi tempore in illo
  esset in Aegaeis cognita Delos aquis.
tunc mea difficili deductast aequore navis
  et fuit ad coeptas hora sinistra vias.
quo pede processi? quo me pede limine movi?

---

v. 45 *et mihi* L, *nec mihi* P3 v, *nunc mihi* r, *ei mihi* I. Fr. Heusingerus. — v. 46 *acerbo* v. — v. 49 *accidere hoc* L, *accidere hoc*[ae] P 3, *accedere hoc* v. — v. 51 *neve mihi* L P 3 v, *neve nihil* r, idemque coi. Heinsius. *credat* L. — v. 52 *ista meis* L P 3, *ita meis* v, *ista tuis* r. — v. 53 sq. suspecti. — v. 55 *dicam nunc* L P 3 r v, *dic iam nunc* Crispinus, *dic age nunc* Lennepius, *dic mihi, solitoque* (?) Bentleius. scripsi *dic mihi, nunc solitoque.* cf. ep. II 27, Prop. III 32, 55 Hpt., alia. *salitoque* L. *ne decipe* L, *me decipe* P 3 r v. — v. 60 *labe* L P 3 r v, *tabe* Scipio Gentilis origg. in thes. iur. Rom. ed. Otto IV p. 1362 edit. II. — v. 62 *quid mihi te iactas?* L P 3 r v, quod correxi. [2] *tua* [1] *nulla* L. — v. 64 *immemor* L P 3 r v. *est* et [2] *tui* [1] *illa* L. — v. 65 ante hunc versum fortasse lacuna est. *nunquam* L P 3 r v. — v. 67 *difficilis* P 3 r v. — v. 68 *ora* P 3. — v. 69 *quod pede processi* L.

picta citae tetigi quo pede texta ratis?
bis tamen adverso redierunt carbasa vento:
mentior a demens! ille secundus erat.
ille secundus erat, qui me referebat euntem
quique parum felix inpediebat iter.
atque utinam constans contra mea vela fuisset!
sed stultumst venti de levitate queri.
mota loci fama properabam visere Delon,
et facere ignava puppe videbar iter.
quam saepe ut tardis feci convicia remis
questaque sum vento lintea parca dari!
et iam transieram Myconon iam Tenon et Andron,
inque meis oculis candida Delos erat.
quam procul ut vidi, 'quid me fugis, insula' dixi,
'laberis in magno numquid, ut ante, mari?'
institeram terrae, cum iam prope luce peracta
demere purpureis Sol iuga vellet equis.
quos idem solitos postquam revocavit ad ortus,
comuntur nostrae matre iubente comae,
ipsa dedit gemmas digitis et crinibus aurum
et vestes humeris induit ipsa meis.
protinus egressae superis, quibus insula sacrast,
flava salutatis tura merumque damus,
dumque parens aras votivo sanguine tingit
festaque fumosis ingerit exta focis,
sedula me nutrix alias quoque ducit in aedes,
erramusque vago per loca sacra pede.
et modo porticibus spatior modo munera regum

---

v. 70 *picta meae* L v. *testa* v. — v. 71 *his tamen* P3 v. *garbasa* v. — v. 72 *mentior ah ille secundus erat, ah* in rasura, P3. *ha* r v. — v. 73 *mere ferebat* L. — v. 74 *impediebat* L P3 r v. — v. 77 *viscere Delum* v, *visere Delum* P3 r. — v. 78 *pupe* r v. — v. 79 *convitia* L P3 r v. — v. 80 *dare* P3 v. — v. 81 *myconen* L, *myconem* P3 v. *Mycon iam antennō et* r. P3 habet in margine *Hae sunt* IV *insulae cyclades. Delos Mycon Tenos et Andros.* — v. 82 *candida Phosphor* r. — v. 84 *nunquid* L P3 r v. — v. 87 *quod* L. — v. 89 *cruribus* P3 v. — v. 91 *grata est* P3, qui in margine *sacra* habet, et r, scilicet ex met. VIII 590. — v. 94 *sectaque* Heinsius. — v. 96 *eramusque* r. — v. 97 *regnum* v.

miror et in cunctis stantia signa locis,
miror et innumeris structam de cornibus aram
et de qua pariens arbore nixa deast,
et quae praeterea, neque enim meminive libetve
quicquid ibi vidi dicere, Delos habet.
forsitan haec spectans a te spectabar, Aconti,
visaque simplicitas est mea posse capi.
in templum redeo gradibus sublime Dianae:
tutior hoc ecquis debuit esse locus?
mittitur ante pedes malum cum carmine tali —
ei mihi, iuravi nunc quoque paene tibi!
sustulit hoc nutrix mirataque 'perlege' dixit:
insidias legi, magne poëta, tuas.
nomine coniugii dicto confusa pudore
sensi me totis erubuisse genis,
luminaque in gremio veluti defixa tenebam,
lumina propositi facta ministra tui.
inprobe, quid gaudes? aut quae tibi gloria partast
quidve vir elusa virgine laudis habes?
non ego constiteram sumpta peltata securi,
qualis in Iliaco Penthesilea solo,
nullus Amazonio caelatus balteus auro,
sicut ab Hippolyte, praeda relata tibist.
verba quid exultas tua si mihi verba dederunt,
sumque parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum, pomum Schoeneïda cepit:
tu nunc Hippomenes scilicet alter eris.
at fuerat melius, si te puer iste tenebat,
quem tu nescio quas dicis habere vices,
more bonis solito spem non corrumpere fraude:

---

v. 100 *et dea qua pariens arbore nixa fuit* Burmannus. — v. 106 *et quis* r, *aequis* v. — v. 109 *hoc coniunx* P3 v. — v. 110 *lege* L. — v. 115 *improbe* L P3 r v. — v. 117 *secure* L P3 v, *securi* r. — v. 119 *baltheus* L. — v. 120 *Hippolita* L, *hippolyt*$\overset{a}{o}$ P3, *Hipolida* v. — v. 121 sq. suspecti. — v. 123 *caeneida* P3 v, *Ceneida* r. — v. 124 *hippom*$\overset{a}{e}$*nes* P3, *Hippomanes* r, *hippomones* v. — v. 126 *faces* L P3 r v, scripsi *vices*. cf. quae disputavi p. 62. — v. 127 *boni solito* P3 r v, *proci solito* Bentleius.

exoranda tibi, non capienda fui.
cur, me cum peteres, ea non profitenda putabas,
propter quae nobis ipse petendus eras?
cogere cur potius quam persuadere volebas,
si poteram audita condicione capi?
quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris
linguaque praesentem testificata deam?
[quae iurat, mens est: nil coniuravimus illa.
illa fidem dictis addere sola potest.]
consilium prudensque animi sententia iurat,
et nisi iudicii vincula nulla valent.
si tibi coniugium volui promittere nostrum,
exige polliciti debita iura tori:
sed si nil dedimus praeter sine pectore vocem,
verba suis frustra viribus orba tenes.
[non ego iuravi: legi iurantia verba.
vir mihi non isto more legendus eras.
decipe sic alias. succedat epistola pomo.
si valet hoc, magnas divitis aufer opes.
fac iurent reges sua se tibi regna daturos,
sitque tuum toto quicquid in orbe placet.
maior es hac ipsa multo, mihi crede, Diana,
si tua tam praesens littera numen habet.]
cum tamen haec dixi, cum me tibi firma negavi,
cum bene promissi causa peracta meist,
confiteor, timeo saevae Latoidos iram
et corpus laedi suspicor inde meum.
nam quare, quotiens socialia sacra parantur,
nupturae totiens languida membra cadunt?

---

v. 129 *cum me* P3 v, *quom te* r. *proficienda* r, *putabar* P3 v. — v. 131 *quor potius* r. — v. 132 *conditione* L r v. — v. 135 sq. circumscripsi. *nil nos iuravimus* Bentleius. — v. 136 *addere verba* v. — v. 139 *valui* r. — v. 143—150 circumscripsi. — v. 144 *eris* P3 v, *eras* L r. hoc v. deficiunt P3 r. — v. 145 *alios* L v. — v. 146 *si valet hic* v. — v. 148 fortasse *fitque*. — v. 149 sqq. *major est haec dixi cum me tibi firma negavi si tua tam praesens littera numen habet cum tamen haec dixi* e. q. s. L, *major es ac ipsa multum* v. *hoc ipsa* Francius et Bentleius. — v. 153 *caeve* v. — v. 155 *sacra per antra* v.

ter mihi iam veniens positas Hymenaeus ad aras
  fugit et e thalami limine terga dedit,
vixque manu pigra totiens confusa resumit
  lumina, vix moto corripit igne faces.
saepe coronatis stillant unguenta capillis
  et trahitur multo splendida palla croco.
cum tetigit limen, lacrimas mortisque timorem
  cernit et a cultu multa remota suo:
proicit ipse sua deductas fronte coronas
  spissaque de nitidis tergit amoma comis,
et pudet in tristi laetum consurgere turba,
  quique erat in palla, transit in ora rubor.
at mihi vae miserae torrentur febribus artus
  et gravius iusto pallia pondus habent,
nostraque plorantes video super ora parentes,
  et face pro thalami fax mihi mortis adest.
parce laboranti, picta dea laeta pharetra,
  daque salutiferam iam mihi fratris opem.
turpe tibist, illum causas depellere leti,
  te contra titulum mortis habere meae.
numquid, in umbroso cum velles fonte lavari,
  inprudens vultus ad tua labra tuli?
praeteriine tuas de tot coelestibus aras?
  aque tuast nostra spreta parente parens?
nil ego peccavi, nisi quod periuria legi
  inque parum fausto carmine docta fui.
tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem,

---

v. 157 *ad aures* L v, nimirum ex ep. XII 137, *ad aras* Slichtenhorstius. — v. 159 *manus* v. *infusa resurgunt* L v, *toties incussa resurgunt* vel *taedis excussa resurgunt* Heinsius, *incensa resumit* Burmannus, *toties inlusa resumit* I. Fr. Heusingerus, qui debebat certe *toties elusa r.* scripsi *totiens* (sic L v) *confusa resumit.* minus placebat *totiens infausta,* cf. ep. VI 46. — v. 160 *vix motas concutit* Burmannus. — v. 164 *cuncta remota* Francius. — v. 165 *suas deducta* L v, *sua deductas* Francius et Cuperus l. c. II p. 704. — v. 166 *ammonia* v. — v. 167 sq. ante v. 165 transponere volebat Meynckius amicus. — v. 169 *artis* v. — v. 171 *videor* v. — v. 174 *iam tibi* v. — v. 177 *nunquid* L v. — v. 178 *imprudens* L v. — v. 179 *praeteriive* v. — v. 180 *atque tua* L, *atque mea* v, *aque* editio Bersmanni. — v. 182 *iamque* v.

tura feras: prosint quae nocuere manus.
cur, quae succenset, quod adhuc tibi pacta puella
non tua sit, fieri ne tua possit agit?
omnia de viva tibi sunt speranda: quid aufert
saeva mihi vitam, spem tibi saeva mei?
nec tu credideris illum, cui destinor uxor,
aegra superposita membra fovere manu.
assidet ille quidem, quantum permittitur, ipse
sed meminit, nostrum virginis esse torum.
iam quoque nescio quid de me sensisse videtur:
nam lacrimae causa saepe latente cadunt,
et minus audacter blanditur et oscula rara
accipit et timido me vocat ore suam.
nec miror sensisse, notis cum prodar apertis:
in dextrum versor, cum venit ille, latus
nec loquor et tecto simulatur lumine somnus
captantem tactus reicioque manum.
ingemit et tacito suspirat pectore, me quod
offensam, quamvis non mereatur, habet.
ei mihi quod gaudes et te iuvat ista voluptas!
ei mihi quod sensus sum tibi fassa meos!
si mihi lingua foret, tu nostra iustius ira,
qui mihi tendebas retia, dignus eras.
scribis, ut invalidum liceat tibi visere corpus:
es procul a nobis, et tamen inde noces.
mirabar, quare tibi nomen Acontius esset:

---

v. 185 *succenses* v. — v. 186 *non tua sed* et *agis* v. — v. 188 *scaeva mihi* v. *tibi diva* L v, scripsi *tibi saeva.* — v. 191 *quantum permittitur ipsi* L, *quantum permittitis ipsi* v, *tantum permittitur ipsi* Burmannus, *tantum* facile recte. scripsi *quantum permittitur*, *ipse.* — v. 193 *et quoque iam nescio quid de sensisse* v, *iam quoque nescio quid* L, idemque coi. Heinsius, qui simul pro *de me* scribi vult *de te.* — v. 200 *capitantem* v. *eiicioque* L v, *reicioque* Heinsius. — v. 201 *tacite* v. *meque* L v, *me quod* Heinsius. — v. 202 *quanvis* L. — v. 203 *si mihi quod* L, *si mihi quid* v, *hei mihi quod* Gronovius. *ista simultas* Heinsius, *ista voluntas* I. Fr. Heusingerus. fortasse *ipsa voluptas*, cf. ep. XII 75, ex P. III 9, 21, alia. — v. 204 *si mihi* L v, *hei mihi* Gronovius. — v. 205 *si mihi lingua foret* corruptum videtur. tentavi *ni mihi vincla forent* vel *a nisi vincla foret.* nam *si mihi* ex superioribus huc delatum puto. inepta ceteri.

quod faciat longe vulnus acumen habes.
certe ego convalui nondum de vulnere tali,
ut iaculo scriptis eminus icta tuis.
quid tamen huc venias? sane miserabile corpus,
ingenii videas magna tropaea tui.
concidimus macie, color est sine sanguine, qualem
in pomo refero mente fuisse tuo,
candida nec misto sublucent ora rubore,
forma novi talis marmoris esse solet:
argenti color est inter convivia talis,
quod tactum gelidae frigore pallet aquae.
si me nunc videas, visam prius esse negabis
arte nec est dices ista petita mea,
promissique fidem, ne sim tibi iuncta, remittes
et cupies illud non meminisse deam.
forsitan et facies, iurem ut contraria rursus,
quaeque legam mittes altera verba mihi.
sed tamen aspiceres vellem, prout ipse rogabas,
et discas sponsae languida membra tuae:
durius et ferro cum sit tibi pectus, Aconti,
tum veniam nostris vocibus ipse petes.
ne tamen ignores, ope qua revalescere possim
quaeritur a Delphis fata canente deo.
is quoque nescio quam, nunc ut vaga fama susurrat,

---

v. 210 *quod faciet* v. — v. 211 *cumvalui nundum* v. — v. 213 *sane ut* editio Heinsi, qui coi. *anne ut.* — v. 214 *bina trophaea* L v, *digna tropaca* Lennepius, qui debebat simul scribere *ingenio* et *tuo.* praetuli *magna.* nam *bina* a librario huc memoriter inlatum ex ep. IV 66, XVII 242, rem. 158, etc. — v. 216 *mense* v. — v. 217 *candida ne* v. — v. 222 *petenda mea* L v, scripsi *petita mea.* librarium a tradito abduxit talium versuum memoria quales sunt a. a. III 52, II 390, ep. XV 164, trist. V 14, 42, alii. fortasse *petita mihi* scribendum. — v. 223 *ne sim tibi uita* v, *vincta* editiones Micylli et Bersmanni. — v. 224 *non pepigisse* Cuperus l. c. II p. 700. — v. 227 *adspicias vellem quod et ipse rogabas* Bentleius. *prout* mihi quoque suspectum videtur. — v. 228 *et discas* non sanum. *aspicias* Bentleius. — v. 229 *cum sim tibi* v. *durius ut ferro iam sit tibi* Heinsius, *si sit* Bersmannus in margine, *nisi si* Bentleius. — v. 230 *tu* L v, scripsi *tum.* *petas* L v, scripsi *petes.* — v. 231 *ne tamen ignores, ope qua revalescere possim: quaeritur* e. q. s. vulgo. correxi interpunctionem. — v. 233 *et quoque nescio quantum nunc magna fama* v.

neglectam queritur testis habere fidem.
et deus hoc vates, hoc et mea carmina dicunt:
a desunt voto numina nulla tuo!
unde tibi favor hic? nisi quod nova forte repertast
quae capiat magnos littera lecta deos.
teque tenente deos numen sequor ipsa deorum
doque libens victas in tua vota manus.
fassaque sum matri deceptae foedera linguae
lumina fixa tenens plena pudoris humo.
cetera cura tuast. plus hoc quoque virgine factum,
non timuit tecum quod mea charta loqui.
iam satis invalidos calamo lassavimus artus
et manus officium longius aegra negat.
quid, nisi quod cupio me iam coniungere tecum,
restat, ut adscribat littera nostra 'vale'.

v. 235 *hoc deus et vates* L v, *et deus hoc vates* Burmannus, qui simul malebat *mihi carmina. hoc deus, hoc vates, hoc edita carmina* Bentleius. at *et mea carmina* non attrectandum, quod argutule dictum significat: idem ego vaticinor. — v. 236 *at desunt* L v, *ac desunt* Handius, *ah desunt* Crispinus. *carmina nulla* L v, scripsi *numina nulla*. — v. 237 *nisi forte nova reperta est* v. — v. 239 *deo* v. *nomen sequar* L, *nomen sequor* v, *numen* Bersmanni editio in margine. *vetus liber* (?) '*pacis*'. *puto* '*partes sequor*' Heinsius. idem coi. Bentleius, facile recte. — v. 242 *tenet* L v, *tenens* Heinsius. *humi* idem. — v. 244 *carta* L. — v. 247 *nisi cupio mihi iam contingere* v. — v. 248 *ascribas* v. *ut adscribat littera nostra? vale* vulgo. emendavi interpunctionem.

MAXIMI PLANUDIS GRAECA METAPHRASIS EPISTULARUM OVIDIANARUM XX ET XXI 1—12

Ἀκόντιος Κυδίππῃ

Ἀπόθου δέος ἅπαν· οὐδὲν γὰρ αὖθις τῇδε τῷ ἐραστῇ ὀμόσεις. ἀπόχρη καὶ γάρ,[1] ὁπότε σαυτὴν ἅπαξ μοι μὴ[2] ἐπηγγείλω. καὶ ἀνάγνωθι δή. οὕτως ἡ νόσος ἀποχωρῆσαι τοῦδε τοῦ σώματος. τὸ γὰρ ἔν τινι μέρει τοῦ[3] σώματος ἄλγος ἄλγος ἐμὸν ἡγοῦμαι. τί δὲ δή σοι καταρχὰς εὐθὺς αἰδὼς ἐπιγίγνεται; καὶ γὰρ ὡς ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος (Ov.) *ἄλσει καὶ νῦν ὑποπτεύω τὰς σὰς εὐγενεῖς γένυς ἐρυθριᾶσαι. συζυγίαν ἐγὼ καὶ τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἡμῖν πίστιν, οὐχ ἁμαρτίαν ἀπαιτῶ· ἐρῶ δέ σου οὐχ ὡς μοιχός, ἀλλ᾽ ὡς ὀφειλόμενος σύνευνος. εἰ γάρ τοι τὰ ῥήματά γε ἀναλογίσῃ, ἅπερ ὁ ληφθεὶς ἐκ τοῦ δένδρου καρπὸς πρὸς τὰς σώφρονάς σου χεῖρας ἐμοῦ βεβληκότος ἤνεικεν[4]), εὑρήσεις ἐκεῖ τοῦτο σαυτὴν ὑπισχνουμένην, ὅπερ αὐτὸς εὔχομαι, σαυτήν φημι, κόρη, μᾶλλον ἢ ὥστε τῆς θεοῦ[5]) μνημονεῦσαι. καὶ νῦν δέ γε ταὐτὸ δέδοικα· ἀλλὰ τοῦτ᾽ αὐτὸ δριμύτερον γέγονε καὶ τὸ πῦρ τῷ χρόνῳ δύναμιν προσέλαβε καὶ ἐπέδωκεν, ὁ δ᾽ ἔρως, ὃς οὐκ ἔστιν ὅτε ὀλίγος ἦν, οὐδὲ τῷ μακρῷ τούτῳ γέγονε χρόνῳ, καὶ ἡ ἐλπὶς ἣν μοι δέδωκας ἐπιτείνεται. ἐλπίδα μέν μοι δέδωκας, ὁ δ᾽ ἐμὸς οὗτος ἔρως ἐπίστευσέ σοι. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπὶ μάρτυρι τοῦτο γεγονὸς τῇ θεᾷ ἀρνήσασθαι δύναιο. παρῆν γὰρ καὶ ὡς παροῦσα ἐτύγχανε τοὺς σοὺς λόγους ἐσημειώσατο καὶ ἔδοξε τὴν κόμην κινήσασα προσδεδέχθαι τὰ εἰρημένα. εἰ καὶ τὰ μάλιστα φήσεις ὑπὸ τῆς ἐμῆς ἠπατῆσθαι πανουργίας, ὁπότε μου τοῦ δόλου ἔρως αἰτία λέγοιτο. τί γὰρ οὑμὸς δόλος ᾔτησεν, ὅτι μή σοι συναχθῆναί με μόνῃ; καίτοι τοῦτο, ὅπερ μοι μέμφῃ, συμβουλεύειν ἂν οἷα τ᾽ ἦσθα. ἥκιστα μὲν γὰρ ἐγὼ πανοῦργος οὕτως ἐκ φύσεως ἦν οὐδ᾽ ἔξωθεν[6])· σὺ δέ με νῦν εὐμήχανον, πίστευέ μοι, ποιεῖς, ὦ παρθένε. ἐμοὶ μέντοι σε, εἴ τι καὶ πεπλασμένοις ῥήμασιν ἐντέχνως ἀρίθμευα[7]), ὁ πολύτροπος συνήρμοσεν Ἔρως, καὶ τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνου λογογραφηθεῖσι ῥήμασι πεποίηκα τὸν ἐπιθαλάμιον —[8]).*

---

[1]) scr. *καὶ γὰρ ἀπόχρη*, nisi forte *καί* deleri malis. [2]) *μή* delendum. [3]) scr. *τοῦ σοῦ.* [4]) scr. *ἤνεγκεν.* [5]) scr. *τὴν θεόν.* [6]) *ἐξ ἔθων* C. Dziatzko. [7]) *ἐτεχνασάμεθα* C. Blassius. [8]) huius lacunae culpa non librario est attribuenda, sed ipsi Planudi, qui versum 30 expedire non potuit.

Καὶ δὴ δόλος ὄνομα τῷδε τῷ ἔργῳ κείσθω καὶ καλοίμην δόλιος, εἴγε δόλος, τοῦτο βούλεσθαι κατέχειν, οὗ τις ἐρᾷ. ἰδοὺ δέ, καὶ πάλιν γράφω καὶ ἱκέσια ῥήματα πέμπω. ἕτερος δόλος οὗτος καὶ πάντως, ὅπερ ἂν δυσχεραίνοις, ἔχεις. εἰ γὰρ λυπῶ ὅτι περ ἐρῶ, ὁμολογῶ, ὡς ἀπαύστως ζητήσω.[1]) εἰ δὲ καὶ αὐτή με φυλάττῃ, ἀλλ' αὐτὸς μάλα ζητήσω. ἄλλοι μέν γε διὰ ξιφῶν τὰς εὐδοκουμένας αὐτοῖς ἥρπασαν κόρας· ἐμοὶ δ' ἔσται πλημμέλημα τὰ λάθρα γραφόμενα ῥήματα; οἱ θεοὶ ποιήσαιεν, ὡς ἂν πλείους σοι δυναίμην δεσμοὺς περιθεῖναι, ὡς ἂν ἡ σὴ πίστις μηδαμόθεν ἐλεύθερος ᾖ. μύριοι μὲν γὰρ ὑπολελείφαται τρόποι. ἡμεῖς δ' εἰς ἓν ἐνιδρῶμεν ἅπαντες ἔτι. ἀλλὰ τοὐμὸν πῦρ οὐδ' ὁτιοῦν ἀπείρατον μεῖναι ἐάσει. ἔστι δὲ καὶ ἀμφίβολον εἰ δυνηθείης ἁλῶναι· ἀλλ' ἁλώσῃ τῷ ὄντι. ἔστι δὲ καὶ ἡ ἔκβασις παρὰ τοῖς θεοῖς· σὺ μέντοι γ' ἁλώσῃ. εἰ δὲ καὶ μέρος ἐκφύγοις, ἀλλ' οὐ πάνθ' ὑπερβήσῃ τὰ δίκτυα, ἅπερ πλείω ἢ νομίζεις ὁ Ἔρως ἐξέτεινεν. εἰ δὲ μηδὲν μηδ' αἱ τέχναι λυσιτελήσουσι, πρὸς ὅπλα γε μὴν ἐλευσόμεθα καὶ ἁρπαγεῖσα ἐπὶ τοῦ ἐρῶντός μου κόλπου ἀπενεχθήσῃ. οὐ γάρ εἰμι νῦν, ὃς εἰώθειν τῆς Πάριδος καθάπτεσθαι πράξεως, οὐδὲ γέ τινος ἄλλου, ὃς τοιοῦτος γέγονεν, ὡς ἀνὴρ δυνηθῆναι γενέσθαι. καὶ ἡμεῖς δ' — ἀλλὰ σιωπῶ. εἰ καὶ θάνατος εἴη μοι ταύτης τιμωρία τῆς ἁρπαγῆς, ἔστι[2]) μέντοι ἐλάττων τοῦ σε μὴ ἐσχηκέναι. ἀλλ' εἴπερ εὐειδὴς ἧττον ἦσθα, μετριώτερον ἂν ἐζητήθης· τολμητίαι γὰρ ἀναγκαζόμεθα τῷ σῷ γίνεσθαι κάλλει. σὺ τοῦτο ποιεῖς καὶ οἱ ὀφθαλμοί γε οἱ σοί, οἷς εἴκουσι πάντες ἀστέρες καὶ οἳ τῆς ἐμῆς φλογὸς αἰτία γεγόνασι, τοὐθ' ἡ ξανθὴ κόμη ποιεῖ καὶ ὁ ἐλεφάντινος τράχηλος καὶ χεῖρες, ἃς εὔχομαι πρὸς τὸν ἐμὸν ἐλθεῖν τράχηλον καὶ σεμνότης καὶ ὄψις ἐκ τῆς[3]) ἀγροικίας αἰδήμων καὶ πόδες ὁποίους οἶμαι μόλις εἶναι τῆς Θέτιδος. τὰ λοιπὰ εἴπερ ἐπαινεῖν ἠδυνάμην, ἦν ἂν εὐτυχέστερος· οὐδὲ γὰρ ἀμφιβάλλω, μὴ οὐχὶ καὶ μέρος τι τῶν σῶν ὅλως ἔργον ἐπαινετὸν εἶναι. οὐκ ἂν οὖν εἴη θαυμαστόν, εἰ ὑπὸ ταύτης ἐγὼ τῆς μορφῆς συνελαθεὶς ἔχειν τῆς σῆς φωνῆς ἠβουλήθην ἐνέχυρον. καὶ καθάπαξ, ὁπότε σὺ ταύτην[4]) ὁμολογεῖν ἀναγκασθήσῃ δόλοις[5]) ἁλῶναι, ἔσῃ τοῖς ἐμοῖς δόλοις ἁλοῦσα κόρη. καὶ μέμψιν ὑποσταίην, καί μοι τὸ προσῆκον δοθείη γέρας. τί δήποτε γὰρ ἂν τοῦ τοσοῦδε ἀπείη ἐνέχυρον;[6]) τὴν μὲν γὰρ Ἡσιόνην ὁ Τελαμών, τὴν Βρισηίδα δ' εἷλεν ὁ Ἀχιλλεύς, ἑκατέρα δὲ τῷ νικήσαντι πάντως ἠκολούθησεν ἀνδρί. κατηγόρει μου δή, ὁπόσον βούλῃ, καὶ ἐξέστω σοι ὀργίζεσθαι, εἰ μόνον ἐξείη μοι δοθῆναι[7]) καὶ ὀργιζομένου[8]) σοῦ ἀπολαῦσαι. αὐτοὶ γὰρ οἱ τὴν ὀργὴν ποιήσαντες αὐτοὶ ταύτην καὶ λεπτυνοῦμεν· μόνον εὐπορία τις ἐξευμενίσασθαί σε μικρὰ δοθήτω. μόνον ἐξείη μοι πρὸ τοῦ σοῦ προσώπου στῆναι δα-

[1]) scr. λυπήσω. [2]) ἔσται Blassius. [3]) scr. ἐκτός. [4]) scr. σαυτήν. [5]) δόλοις delendum. [6]) ἐνέχυρον ex superioribus huc delatum de loco suo depulit pristinum vocabulum, quod Blassius fuisse coi. ἐπίχειρα. simul intercidit κακουργήματος vel simile quid. [7]) δυνηθῆναι Blassius. [8]) scr. ὀργιζομένης.

κρύοντα καὶ τοῖς δάκρυσιν ἐξείη ῥήματα προστιθέναι καὶ ὡς εἰώθασιν οἱ δοῦλοι χαλεπὰς μάστιγας εὐλαβούμενοι τὰς χεῖρας ὑφειμένας πρὸς τὰ σὰ γόνατα τείνειν. ἀγνοεῖς τὸ σαυτῆς δίκαιον. κάλει με δή. τοῦ γὰρ χάριν ἀπὼν ἐλέγχομαι; καί με ἤδη ποτὲ δεσποίνης δίκην ἐλθεῖν κέλευσον. εἰ γὰρ καὶ αὐτή μοι τοὺς πλοκάμους διασπαράξαις καί μοι τὸ πρόσωπον πελιδνὸν τοῖς δακτύλοις σου γένοιτο, πάντ' ἂν ὑπομείναιμι. τοῦτο μόνον ἴσως ἂν δείσαιμι, μή ποτέ σου ἡ χεὶρ ἐπὶ τῷ ἐμῷ σώματι κακωθείη. ἀλλὰ μήτε με δεσμοῖς μήθ' ἀλύσεσι σφίγγε· φυλαχθήσομαι γὰρ τῷ στερρῷ σου συνδεδεμένος ἔρωτι. ἡνίκα δ' ἂν καλῶς καὶ ὁπόσον ἂν βούληται κορέσῃ ἑαυτὸν ὁ θυμὸς, αὐτὴ σαυτὴν[1]) *τότε φήσεις· 'ὢ πόσον καρτερικῶς οὗτος ἐρᾷ'· αὐτὴ σαυτῇ φήσεις ἰδοῦσα πάντα ὑπερεγνεικόντα*[2]) *με· 'ὁ καλῶς οὕτω δουλεύων οὗτος δουλευέτω μοι δή'. νυνὶ δὴ*[3]) *κακοδαίμων ἀπὼν ἄγομαι ὑπ' εὐθύνην, καί μου ἡ δίκη ἀρίστη οὖσα μηδενὸς προασπίζοντος ἐξαπόλλυται. ἀλλὰ τοῦθ' ὅπερ τὰ γεγραμμένα ἐκέλευεν ἡμετέρα ἐστὶ παροινία· ὃ κατ' ἐμοῦ μόνον πάντως μέμψασθαι ἔχοις.*[4]) *ἀλλ' οὐκ ἀξία σὺν ἐμοὶ καὶ ἡ Δηλία παρὰ σοῦ φενακίζεσθαι. εἰ δὲ καὶ μὴ θέλοις ἐμοὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδοῦναι, τῇ θεῷ γε ἀπόδος. παρῆν γὰρ καὶ εἶδεν, ἡνίκα σοι*[5]) *κατασοφισθεῖσά γε ἠρυθρίας καὶ μνήμοσιν ἔκρυψε τὴν σὴν φωνὴν ἀκοαῖς. εἰ γὰρ καὶ τἆλλα πάντα ἀπείη, οὐδὲν ἐκείνης ἐστὶ βεβαιότερον, ἐπειδὰν τῆς*[6]) *αὐτῆς θειότητα, ὅπερ οὐκ ἂν ἠθέλησεν, ἀμελουμένην ὁρᾷ. καί σοι μάρτυς ὁ Καλυδώνιος ἔσται κάπρος· καὶ γὰρ ἔγνωμεν, ὡς μᾶλλον ἐκείνου μήτηρ ἐπὶ Μελεάγρῳ παιδὶ χαλεπωτέρα εὑρέθη· μάρτυς καὶ Ἀκταίων θηρίον ποτὲ νομισθεὶς ἐκείνοις, μεθ' ὧν πρόσθεν αὐτὸς τὰ θηρία παρεδίδου θανάτῳ, καὶ μήτηρ ἡ ὑπερήφανος, ἣ λίθου διὰ τοῦ σώματος ἀνασχόντος καὶ τὰ νῦν δακρύουσα ἐπὶ τῆς Μυγδονίας ἵσταται γῆς. οἴμοι Κυδίππη· δέδοικά σε*[7]) *φάναι τἀληθές, μή ποτε δόξαιμι ἡμετέρας αἰτίας χάριν τὰ ψευδῆ παραινεῖν σοι. λεκτέον δ' ἐστὶν ὅμως. τοῦτ' ἔστι, πίστευέ μοι, ὅτι δὴ πολλάκις νοσοῦσα κατάκεισαι κατ' αὐτὸν τὸν τοῦ γάμου καιρόν· αὐτή σοι συμβουλεύει καλῶς ἡ θεὸς καὶ προσταλαιπωρεῖ μηδαμῶς σε γενέσθαι ψεύδορκον καὶ σπεύδει σε σώζεσθαι σωζομένης τῆς πίστεως. ἐντεῦθεν γὰρ γίνεται, ὡς, ὁσάκις ἂν παρασπονδεῖν ἀποπειρᾷ, τοσαυτάκις ἐκείνη σου διορθοῦται τὴν ἁμαρτίαν. φείδου κινεῖν τὸ δεινὸν τῆς μεγαθύμου παρθένου τόξον· ἔτι γὰρ πραυνθῆναι*[8]) *δύναται, εἰ μόνον αὐτὴ ἐθελήσεις· φείδου, δέομαι, τὰ τρυφερὰ αὐτῆς*[9]) *μέλη τοῖς πυρετοῖς διαφθείρειν· συντηρείσθω μοι δὲ τὸ αἰδῆμον πρόσωπον τοῦτο, φυλαττέσθω μοι ὄψις ἡ πρὸς τὴν ἐμὴν γεννηθεῖσα πυρπόλησιν καὶ τὸ τοῖς χιονώδεσι χείλεσι λεπτὸν ἐρύθημα ὑποπεφυκός. ἐχθρός ἐστιν, εἴ τις μάχεται μὴ γενέσθαι σε ἡμετέραν. σοῦ γὰρ ἀσθενούσης κἀγὼ ταῦτα*[10]) *εἴωθα πάσχειν. κατατείνομαι δ' ἐπίσης σοῦ γε ἤτοι νυμφευομένης ἢ νοσηλευομένης καὶ*

---

[1]) scr. *σαυτῇ*. [2]) scr. *ὑπενεγκόντα*. [3]) *νυνὶ δέ* Blassius.
[4]) scr. *ἂν ἔχοις*. [5]) scr. *σύ*. [6]) scr. *τήν*. [7]) scr. *δέδοικά σοι*.
[8]) scr. *πραυνθῆναι*. [9]) scr. *σαυτῆς*. [10]) *τοῦτο* ?

λέγειν ου δύναμαι, τί ποτ' ἂν ἔλαττον θέλοιμι. κατατείνομαι πολλάκις, ὅτι σοι τοῦ ἀλγεῖν αἴτιός εἰμι καί σε τῇ ἐμῇ μηχανῇ βλάπτεσθαι οἴομαι, εἰς τὴν ἐμὴν δ' ἱκετεύω κεφαλὴν αἱ τῆς δεσποίνης ἔλθοιεν ψευδορκίαι, τῆς δ' ἐμῆς τιμωρίας ἐκείνη ἐλεύθερος ἤτω[1]*. ὡς ἂν δὲ μηδ' ἀγνοοίην τί ποτε πράττεις, πυκνότερον ἐπὶ τῶν προθύρων ὀδυνώμενος δεῦρο κἀκεῖσε ὡς μηδὲν ἐπιστάμενος εἰμι, ἕπομαί τε λάθρα τῇ παιδίσκῃ καὶ τὸν οἰκέτην ἀνερευνῶ, εἰς τί σοι προυχώρησεν ὁ ὕπνος, εἰς τί δ' ἡ τροφή. οἴμοι τῷ δυστήνῳ, ὅτι μὴ ταῖς ἐντολαῖς ὑπηρετοῦμαι τῶν ἰατρῶν καὶ πιέζω τὴν χεῖρα καὶ ἐπιπίπτω*[2] *τῷ λέχει· οἴμοι καὶ αὖθις τῷ δυστήνῳ, ὅτι πόρρω ἐκεῖθεν ἀπήτησα*[3] *ἐμαυτόν, ὃν δ' ἥκιστ' ἂν ἐθέλοιμι πάρεστιν ἴσως ἄλλος ἐκεῖ. ἐκεῖνος τῶν χειρῶν τούτων ἅπτεται καὶ παρεδρεύει τῇ ἀσθενούσῃ μισητὸς τοῖς θεοῖς καὶ σὺν τοῖς θεοῖς ἐμοί, καὶ τοῖς οἰκείοις δακτύλοις τὴν σφύζουσαν ψηλαφῶν ἀρτερίαν*[4] *πολλάκις τοὺς λευκοὺς πήχεις δι' αἰτίαν τήνδε κατέχει καὶ πολυπραγμονεῖ τὸν κόλπον καὶ φιλήματα δ' ἴσως συνάπτει· καί οἱ πληρέστατος*[5] *ὁ μισθὸς τῆς οἰκείας ὑπηρεσίας. τίς σοι συνεχώρησε τὸ ἡμέτερον λήιον ἀμᾶν; πρὸς τὰς ἑτέρας*[6] *δ' ἐλπίδας τίς σοι πεποίηκε τὴν ὁδόν; οὗτος ὁ κόλπος ἐμός ἐστιν, αἰσχρῶς τἀμὰ λαμβάνεις φιλήματα· ἐκ τοῦ ὑπεσχημένου μοι σώματος αἶρε σαυτοῦ τὰς χεῖρας. αἶρε σαυτοῦ τὰς χεῖρας, ἀδόκιμε· ἧς γὰρ θιγγάνεις, ἡμετέρα μέλει*[7] *γενήσεσθαι. εἰ τὸ ἐντεῦθεν ποιήσεις τοῦτο, μοιχὸς ὄντως ἔσῃ. ἐπίλεξαι σαυτῷ παρὰ τῶν ἀγάμων, ὑπὲρ ἧς οὐκ ἂν ἕτερος ἀμύναιτό σε· εἰ γὰρ ἀγνοεῖς, τοῦτο τὸ πρᾶγμα δεσπότην οἰκεῖον ἔχει. εἰ δέ μοι οὐ πιστεύεις, τὸ τῶν συμπεφωνημένων εἶδος ἐξέτασον· ὡς ἂν δὲ μὴ ψευδὲς τοῦτο φῇς εἶναι, αὐτή γε ἀναγνώτω. σὺ δ' ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου θαλάμου, σοὶ λέγομεν ἡμεῖς, ἔξιθι· ἔξιθι ἐνθένδε· τί δρᾷς;*[8] *οὐ σχολάζει τὸ λέχος τοῦτο. ὃ γὰρ ἔχεις καὶ σὺ τῆς ἀνθρωπίνης ὁμολογίας ἄλλα τὰ ῥήματα, οὐκ ἔσται γοῦν διὰ ταῦτα ἴση ἡ δίκη*[9] *τῇ ἐμῇ. ἐμοὶ μὲν γὰρ αὕτη ἑαυτὴν ὡμολόγησε, σὺ*[10] *δ' αὐτὴν ὁ πατήρ, πρῶτος ὢν ἀπ' ἐκείνης, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν αὐτὴ ἑαυτὴν*[11] *ἐγγυτέρα μᾶλλον ἢ ὁ πατήρ ἐστι. κατηγγυήσατό σοι ταύτην ὁ πατήρ, αὕτη δὲ καὶ ὤμοσε τῷ ἐρῶντι· κἀκεῖνος μὲν ἀνθρώποις*[12]*, αὕτη δὲ θεὰν παρήγαγε μάρτυρα· κἀκεῖνος μὲν δέδοικε, μὴ ψεύστης, αὕτη δὲ μὴ δὲ*[13] *ἐπίορκος ὀνομάζοιτο. μήτι γοῦν ἀμφιβάλλῃς, πότερον οὗτος ὁ φόβος μείζων ἐστὶν ἢ ἐκεῖνος. καὶ καθόλου, εἴπερ ἀμφοῖν τοὺς κινδύνους συνάγειν δύνῃ, ἄθρει πρὸς τὴν ἔφοδον*[14] *τῶν πραγμάτων· ἡ μὲν νόσῳ κάμνει, ὁ δ' ἔρρωται. καὶ ἡμεῖς δ' ἀνομοίους*[15] *ἀγῶνας κατὰ νοῦν ὑπερχόμεθα, οὔτε δ' ἡ ἐλπὶς ἡμῖν ἡ αὐτὴ οὔτε*

---

1) scr. *ἔστω*. 2) propria codicis Planudei corruptela subest: *insilioque toro. insidioque* Puteaneus. 3) *ἀπέστησα* vel *ἀπήρτησα* Blassius. 4) scr. *ἀρτηρίαν*. 5) scr. *πληρέστερος*. 6) scr. *ἑτέρου*. 7) scr. *μέλλει*. 8) transponendum videtur *τί δρᾷς; ἔξιθι ἐνθένδε*. 9) scr. *ἡ σὴ δίκη*. 10) scr. *σοί*. 11) scr. *ἑαυτῇ*. 12) scr. *ἀνθρώπους*. 13) *δέ* aut in *καί* mutandum aut delendum. 14) scr. *ἔξοδον*. 15) scr. *ἀνόμοιον*.

φόβος πρόσεστιν ἴσος. σὺ μὲν γὰρ ζητεῖς· ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς, ἐμοὶ δὲ καὶ[1]) τὸ ἀπωσθῆναι καὶ θανάτου βαρύτερον. καὶ τούτου ἤδη ἔγωγε, οὗπερ αὐτὸς ἴσως ἐρασθήσῃ, ἐρῶ. εἴ σοι γοῦν τοῦ δικαίου, εἴ σοι τοῦ ὀρθοῦ φροντὶς ἐγεγόνει, ὑποχωρεῖν αὐτὸς τῷ ἐμῷ πυρὶ ὤφειλες. νυνὶ δ' ἐπεὶ ὁ ἀμείλικτος οὗτος ὑπὲρ ἀδίκου μάχεται δίκης, πρὸς τί ποτε, Κυδίππη, γράμματα ἐμὰ[2]) καταντᾷ; οὗτος γὰρ ὡς ἂν κακῶς ἔχοις ποιεῖ καὶ τῇ Ἀρτέμιδι ὕποπτος εἴης, τοῦτον, εἰ φρονεῖς, κωλύσαις ἂν σου τοῦ οὐδοῦ ἐπιβῆναι· τούτου γὰρ ἐνεργοῦντος τοὺς δεινοὺς ὑπέρχῃ τῆς ζωῆς σου κινδύνους. ἀλλὰ πέσοι ἄν τις οὗ[3]) τὰ τοιαῦτα κινῶν. ὃν εἴπερ ἀπώσαιο καὶ ἐρασθείης, οὗπερ ἡ θεὸς οὐ καταψηφίζεται, καὶ σὺ παραχρῆμα τῆς σωτηρίας σαυτῆς ἐπιλήψῃ. στῆσον οὖν, παρθένε, τὸν φόβον· σταθηρᾶς γὰρ ἀπολαύσεις τῆς σωτηρίας· ποίει μόνον τὸν συνίστορα τῶν ὑπεσχημένων νεὼν τιμῆσαι. οὐ γὰρ βουσὶ σφαττομένοις οἱ οὐράνιοι θεοὶ χαίρουσιν, ἀλλὰ τῇ τηρουμένῃ πίστει καὶ μαρτύρων χωρίς. ἄλλαι μὲν οὖν, ὡς ἂν ῥᾴονες γένοιντο, καὶ σίδηρον καὶ πῦρ ὑπομένουσι, χυλὸς δ' ἑτέραις πικρὸς ἐπόδυνον[4]) ἄκος φέρει· σοὶ δ' οὐδενὸς τούτων δεῖ. τὴν ἐπιορκίαν φύλαξαι μόνον, καὶ σαυτὴν ὁμοῦ φύλαττε καὶ ἐμὲ καὶ τὴν δοθεῖσαν πίστιν ἡμῖν. ἡ δ' ἄγνοιά σοι καὶ[5]) ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος πταίσματος δώσει συγγνώμην, ὅτι σου τῆς διανοίας αἱ ἀναγνωσθεῖσαι συνθῆκαι ἐξέπεσον. νῦν δέ σε τούτων ἀνέμνησαν οἵ τε ἐμοὶ λόγοι καὶ νόσημα τὸ παρόν, ὅπερ φέρειν εἴωθας, ὁσάκις ἂν πειρᾷ ψεύδεσθαι. καὶ μὴν καὶ τοῦτο φυλαξαμένη πάντως ἐν τοκετῷ δεηθήσῃ, τὰς φωσφόρους σοι τὴν θεὸν χεῖρας προσενάγειν[6]). ἡ δὲ ἀκούσεται καὶ πολυπραγμονήσει τὰ ἀκουσθέντα καὶ ἐξετάσει, ἐκ τίνος ἀνδρὸς ἂν ὁ τοκετὸς εἴη οὗτος. ἀλλ' ὑποσχεθήσῃ τινὰ εὐχήν, ἀλλ' ἐπίστασαί σε[7]) ψευδῆ ὑπισχνουμένην. ἀλλ' ὀμόσεις, ἀλλ' οἶδέ σε δυναμένην ψεύδεσθαι τοὺς θεούς. οὐκοῦν ἐνεργεῖται τὰ περὶ ἐμοῦ· ὑπὲρ μείζονος ταλαιπωροῦμαι φροντίδος. ἀλγεῖ μοι γὰρ ἡ καρδία τῆς σῆς ζωῆς ἕνεκεν. τί δὲ νῦν σε ἐν ἀδήλοις περιδεεῖς οἱ γονεῖς ἔκλαυσαν, οὓς ἀγνῶτας τοῦ σοῦ πταίσματος εἶναι ποιεῖς; καὶ ἵνα τί ἀγνοοῦσιν; ἔξεστι πάντα διηγήσασθαι τῇ μητρί· οὐδ' ὁτιοῦν γὰρ αἰσχύνης, Κυδίππη, τὸ σὸν ἔργον ἔχει. σπεῦσον καθηρμωσμένως ἀναγγεῖλαι, ὅπως μοι τὸ πρῶτον ἐγνώσθης, ἡνίκα τὰς τῆς τοξοφόρου θεᾶς ἐτέλεις ἱερά, ἅπερ[8]) ἐξαπίνης αὐτὸς ἰδών σε, εἰ τοῦτ' ἴσως ἐστοχάσω, ἔστην ἀχανὴς ἐπὶ τῷ σῷ κάλλει γενόμενος καί μου σφόδρα σε θαυμάζοντος, σαφὲς τοῦτο μανίας σύμβολον, πέπτωκε διολισθῆσαν τῶν ὤμων μου τὸ ἱμάτιον· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ὑπόσφαιρον μῆλον ἐληλυθέναι σοφοῖς γράμμασι ῥήματα φέρον ἐπίβουλα. ὅπερ ἐπειδὴ τῆς ἱερᾶς Ἀρτέμιδος παρούσης ἀνέγνως, ἡττηθῆναί σου τὴν πίστιν ὑπὸ μάρτυρι[9]) τῇ θεῷ. ὡς ἂν δὲ μηδ' ἀγνοοίην[10]), τίς ποτ' ἂν ὁ νοῦς εἴη τῶν γε-

---

[1]) καί delendum. [2]) scr. τὰ ἐμά. [3]) scr. πέσοι ἀντὶ σοῦ ὁ.
[4]) scr. ἐπώδυνον. [5]) καί delendum. [6]) προσενεγκεῖν H. Hirzelius.
[7]) scr. ἐπίσταταί σε. [8]) scr. ὅπως. [9]) scr. ἐπὶ μάρτυρι. cf. p. 157, 18.
[10]) scr. ἀγνοοίη vel ἀγνοοῖεν.

γραμμένων, τὰ ἀναγνωσθέντα σοι πάλαι ῥήματα καὶ νῦν αὖθις ἀνένειναι[1]). ἡ δ' αὐτίκα φήσει· 'νυμφεύθητι, ᾧπερ ἡ χρηστὴ[2]) συνάπτει θεός· ὃν ἐμὸν γενήσεσθαι γαμβρὸν ὤμοσας, ἐκεῖνος γινέσθω. ὅστις ποτέ ἐστιν, ὥς ἐστιν ἀρεσκέτω, ἐπειδὴ πρόσθεν ἤρησε[3]) τῇ Ἀρτέμιδι'. τοιαύτη ἡ μήτηρ ἔσται.[4]) ἀλλ' ὅμως καὶ ζητήσει τίς ποτ' ἂν εἴην καὶ ὁποῖος· καὶ δὴ σκοπείτω· εὑρήσει γὰρ ἡμῖν τὴν θεὸν συμβουλεύσασαν. νῆσός τις ταῖς Κωρυκίαις οἰκουμένη τὸ πάλαι νύμφαις τῷ Αἰγαίῳ πελάγει περιζώννυται, τοὔνομα Κῶς[5])· ἐκείνη δή μοι πατρίς ἐστιν. οὐ μὴν οὐδ' εἰ εὐγενῆ δοκιμάσεις ὀνόματα ἐξ ὀλιγωρουμένων ὑδάτων ἐλέγχομαι γεννηθείς. ἔστιν ἡμῖν καὶ χρήματα, ἔστι καὶ ἤθη κώμων[6]) ἀπηλλαγμένα, καὶ ὡς ἂν σοί με συνάψειεν ἔρως, πλέον οὐδ' ὁτιοῦν. εὖξω ἂν σαυτῇ τοιοῦτον ἄνδρα καὶ μὴ ὀμόσασα· ὀμόσασα δ' οὐκ ἂν τοιοῦτον σχεῖν ἐθελήσαις[7]); ταῦτή σοι[8]) ἡ ἑκατηβόλος ἐν ὕπνοις γράφειν ἐκέλευσε Φοίβη, ταῦτά σοι καθ' ὕπαρ Ἔρως γράφειν ἐκέλευσεν, ὧν θατέρου μὲν τὰ βέλη ἐμὲ ἤδη ἐκάκωσε, τὰ δὲ θατέρας φυλάττου μή σε κακώσῃ. συνῆπται δ' ἡμᾶς[9]) καὶ ἡ σωτηρία· φεῖσαι γοῦν καὶ ἐμοῦ καὶ σαυτῆς. τί διστάζεις, ἓν βοήθημα τοῖς δυσὶ προσαγαγεῖν; ὅπερ εἰ ἀπαντήσειεν, ἐπειδὰν ἤδη τὰ δοθέντα ἠχήσῃ συνθήματα καὶ ἡ Δῆλος αἵματι βαφείη τῷ κατ' εὐχήν, χρυσῆ ἀνατεθήσεται τοῦ εὐδαίμονος εἰκὼν μήλου καὶ δυσὶν ἔπεσιν ἐπιγραφήσεται ὑπόθεσις·

τοῦ μήλου μαρτύρετ' Ἀκόντιος εἰκόνι τοῦδε,
ὅσσ' ἐγράφη τούτῳ, πάντα βέβαια πέλειν.

ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ γράμματα μηκυνόμενα τὴν κάμνουσαν κεφαλὴν ὀχλῇ, ἐχέτω καὶ ἡ κλεὶς τὸ σύνηθες πέρας· ὑγίαινε.

Κυδίππη Ἀκοντίῳ

Περιέδεισα καὶ δὴ τὰ γραφέντα σου καὶ ψιθυρίσματος ἐπῆλθον χωρίς, μήποτ' ἀγνοοῦσά μοι ἡ γλῶσσα τοὺς θεοὺς αὖθις ὀμόσῃ. ὡς δ' οἶμαι καὶ αὖθις ἐθήρευσας ἄν, εἰ μὴν[10]), ὡς αὐτὸς ὡμολόγησας ἐγγυημένην εἰδὼς[11]) ἅπαξ ἀποχρῶν ἐστιν[12]). ἀλλ' οὐδ' ἀναγνώσεσθαι ἔμελλον. ἀλλ' εἴπερ σοι ἀμείλικτος ἐγενόμην, ἐπέδωκεν ἂν ἴσως ἡ δεινὴ τῆς θεᾶς ὀργή. πάντα δ' ἐμοῦ ποιούσης καὶ εὐσεβῆ θυμιάματα τῇ Ἀρτέμιδι προσφέρουσαν[13]), ἐκείνη μέντοι τῷ δικαίῳ μέρει σοι μᾶλλον εὐνοεῖ, καὶ ὥσπερ δῆτα σπεύδεις πιστεύεσθαι, μνήμονί σοι ὀργῇ ἀμύνει. μόλις τοιαύτη ὑπὲρ τὸν ἑαυτῆς Ἱππόλυτον[14]) γέγονεν. ἀλλὰ βέλτιον ἡ παρθένος ἵλεως εἴη τοῖς τῆς παρθένου ἐνιαυτοῖς, οὓς εὐλαβοῦμαι μήποτέ μοι ὀλίγους ἐθελήσειεν εἶναι.

---

[1]) scr. *ἀνένεγκαι.* [2]) scr. *χρηστή σε.* [3]) scr. *ἤρεσε.* [4]) videntur haec omissa: *εἴπερ γε μήτηρ ἔσται.* [5]) *Κέως* Blassius. [6]) scr. *μώμων.* [7]) scr. *ἐθελήσειες.* [8]) scr. *ταῦτά σοι.* [9]) scr. *ἡμῶν.* [10]) scr. *εἰ μή* vel potius *εἰ μή με.* [11]) *ᾔδεις?* [12]) *ἀποχρώντως?* ceterum primo scriptum fuit *ἀποχρῶν εἴη.* [13]) scr. *προσφερούσης.* [14]) aut *ὑπὲρ τοῦ ἑαυτῆς Ἱππολύτου* aut *περὶ τὸν ἑαυτῆς Ἱππόλυτον* videtur scribendum.

ADDENDA

P. 13 in Antiphanis epigrammate anth. P. XI 322, 5 Palatini libri scripturam *σκότος* cum plagulas corrigerem emendavi *κόρος*. nam novimus quidem Metrotimum ab Hipponacte frg. 76 Mein. (cf. frg. 36, 2) *σκότον*, tenebrionem, dici, at quale sit opprobrium, si grammatici pueris quos instruunt tenebrarum instar esse dicuntur, non item liquet. immo hoc quandam reconditae et abstrusae doctrinae confessionem continere videretur. verum *ἀρχομένοισι* quoque tolerari nequit. scripserim:

παισὶν κόρος ἀχθομένοισι.

quae antecedunt recte habent, quamquam in Palatino est *ποιητῶν . . . βαι ποσί. λῶβαι* Planudis coniectura est, sed indubitata. et *παισί* quoque, quod eidem debetur, omnes probabilitatis numeros explet.

P. 22 in Clementis verbis strom. V 8 p. 676 vulgatam scripturam *εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν* dedi emendatam *εἰς ἐξήγησιν γραμματικήν*. cf. Dionysium de Thucyd. c. 51 *εὐαρίθμητοί γάρ τινες εἰσὶν οἱ πάντα τὰ Θουκυδίδου συμβαλεῖν δυνάμενοι καὶ οὐδ' οὗτοι χωρὶς ἐξηγήσεως γραμματικῆς ἔνια.*

P. 25 sq. Callimachi frg. 138 in Hesiodum quam in Homerum scriptum mavult Benndorfius, admonens ille Hesiodei versus theog. 30 et Pausaniae IX 30, 3. ita esset iungendum *δειδεγμένος ῥάβδον*.

P. 30 Callimachum quod a sermone Homerico declinavit Aristarchus notat quoque schol. *I* 219: *Καλλίμαχος δὲ κακῶς 'τὸ μὲν θύος ἤρχετο βάλλειν.' Ὅμηρος δὲ θύου τοῦ θυμιάματος.* cf. Lehrsi Aristarch. p. 219 sq.

P. 33 sqq. ad iuvenes Acontium sectantes spectabat fortasse frg. 148:

φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις ἠΐθεοι.

P. 41 n. 2 consulto omisi memorare longae vocalis in altera pentametri parte elisionem ep. XX 178 ab Ovidio plane alienam (cf. Muellerum de re metr. p. L. p. 300). ex hac enim ut concluderem totam epistulam ab Ovidio scriptam non esse ideo minus tutum videbatur, quoniam ille ipse versus simul cum vicinis aliunde graviter suspectus est. ratiunculas etsi bene cordatus lector cum hic tum in ceteris quas statui interpolationibus plerisque sibi ipse facili negotio suggeret, tamen spero fore ut alias universam eam materiem explicate pertractem. ceterum Lehrsi observatis in Fleckeiseni annalibus 87 p. 58 sqq. quaestionem quae quidem est de diversis epistularum Ovidianarum auctoribus non nimis promoveri puto.

P. 43 n. 1 addenda erat Polyphonte ex Anton. Lib. 21.

P. 55 ubi citavi ep. XXI 103 hanc supple adnotationem: itaque recte observavit Heinsius, hunc ipsum ob locum ferri non posse vulgatam scripturam XX 204 *sacra pharetratae dum facis ipsa deae*, in quibus etiam *ipsa* non habet quo recte referatur. nec magis Heinsianum *dum facis aede deae* potest probari, sed apta unice Guelferbytani tertii scriptura iam a Burmanno commendata *dum facit ipsa deae*.

P. 68 non debebam citare tamquam probum versum ep. XX 97, quem esse interpolatum postmodo vidi et in recensione epistulae significavi.

P. 69 de ep. XX v. 20 scriptura quid sentirem aperui in adnotatis ad h. v. — de prodigiis quae in statuis deorum facta esse narrantur disputavit Boetticherus Tektonik II p. 122 et p. 126 sq.

P. 74 sqq. Acontio in silvis querenti puto picum felicis eventus augurium oblatum esse. nam huc probabiliter referri potest Callimachi frg. 173:

ὁ δ' ἠλεὸς οὐδ' ἐπὶ σίττην
βλέψας.

sed miserabilis ille neque sittam adspiciens (*queri perrexit*). namque haec avicula quando amantibus apparebat felix erat augurium. cf. Meinekium ad Hipponactis frg. 62 p. 122. certe hoc episodium Callimacho prorsus dignum esset. v. quae observavimus p. 53, 3.

P. 83 sq. praestabat λιρός scribere quam λῖρος. cf. disertum testimonium Herodiani pros. cath. 68 p. 78, 10 Schm.

P. 90 n. 2 hanc emendationem sero vidi iam ab Heusingero patre inventam, cui suum restitui in adnotatione ad h. v.

P. 96 sqq. fragmenta quae numeris singnificavi XV XVI XVII possunt etiam ad Daedalorum sollemnia Iovisque et Plataeae fictae pompam nuptialem pertinuisse. haec enim sacra in aetion libro II suspicor tractata fuisse. cf. Plutarchi frg. *ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς δαιδάλων*, quod est IX apud Duebnerum (Euseb. praep. ev. III 1 p. 83 sq.) c. 6, et Pausan. IX 2, 5—3, 4. cll. Boetticherum Baumkultus p. 175 sq.

P. 101 sq. Aristaenetum epistolographum quod dixi Mariano scholastico necessario fuisse fere aequalem, id hinc scito esse conclusum. iam Mercerus (praef. ad notas) aliquod indicavit aetatis sophistae vestigium, quod unicum in eius epistulis inest. nam I 25 Caramallus mimus commemoratur, quem etiam Apollinaris Sidonius, qui obiit a. 484, ut aequalem celebrat. iam vero Caramalli honorifica mentio apud Aristaenetum talis est, ut ille verborum honos aperto ad ipsum Caramallum vivum compositus sit et directus. quare vix aliter recte stabit computatio, nisi Aristaenetum altera parte vel sub ipsum finem saeculi V epistulas suas composuisse statues.

P. 101 sq. n. illud Callimachi epigramma, quod Agathiam imitatum esse dixi, etiam Philodemi epigrammatis anth. P. V 13 (cf. v. 8) exemplum fuisse videtur.

P. 109 n. 1 non immemor fui, similia ex vitae veterum consuetudine potuisse fieri. cf. Boettigerum aldobrandinische Hochzeit p. 36. at idem in tam ardenti amatore factum, qualis erat Hermochares, prorsus absque probabilitate narravit Nicander.

P. 109 n. 2 quaedam huc pertinentia subtiliter disputavit Hauptius in ind. lectt. Berol. aest. 1855 p. 6 sq.

P. 116 ubi citavi Callim. in Del. 291—298 monendum erat, me scripturam *παρθενικαῖς* unice rectam arbitrari. nam alioquin

perit parilitas membrorum. Welckerus autem Goetterl. II p. 351 n. 51 init. vereor ut erret illa re in rationem non assumpta.

P. 149 ad XXI 45 adnotandum erat, non posse poetam *crudelis* et *acerba* ita coniunxisse, sed alterutrum vitiosum esse. videtur *crudelis* interpretatio esse verbi *acerba*. forsan ita scriptum fuit:

ei mihi! coniugii tempus sollemnis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerba fores.

INDEX

SCRIPTORVM TENTATORVM ATQVE EXPLICATORVM*

* Scriptores tentatos asterisco praeposito distinxi.

INDEX RERVM

ERRATA

p. 8 v. 8 pro *propri* scribe *proprii*
p. 19 v. 11 pro *Hecala* scribe *Hecale*
p. 24 v. 14 pro *Iakobsius* scribe *Iacobsius*
p. 26 v. paenult. pro *pronunciasse* scribe *pronuntiasse*
p. 27 v. 16 pro *suscepimus* scribe *suscipimus*
p. 28 v. 21 pro *τοῦκ ἄλλους* scribe *τοῦ κάλλους*
p. 31 n. 2 pro *Iakobsius* scribe *Iacobsius*
p. 32 v. 11 sq. pro *excripsisse Aristaenetum* scr. *excriptum ab Aristaeneto*
p. 40 v. 6 pro *ὁ τῆσδέ* scribe *ὁ τῆσδε*
p. 43 v. 25 pro *Xenopho* scribe *Xenophon*
p. 44 v. 32 pro *Anacreo* scribe *Anacreon*
p. 78 v. 5 pro *Iakobsius* scribe *Iacobsius*
p. 101 n. pro *anth. P. V 182* scribe *anth. P. V 282*
p. 113 v. 12 pro *quae observavimus p. 54* scribe *quae observavimus p. 62*